imperij. Itẽ mittere in poſſeſſionẽ ex ſcđo decreto indiſtinctè, eſt
miſti imperij, vt hic. Nõ aũt mittere in poſ. ex primo, vt l. ꝯria. Iſtã
lect. repræhendit gl. & bñ, ꝑ l. ea q̃. §. magiſtratib. ĩ. ad Muni. vbi lo
quit̃ de miſſione ex primo decreto, & dicit, ꝙ eſt miſti imperij. Et
ꝙ intelligatur in primo decreto, patet, qa ſm decretũ non inter-
ponit̃ niſi in cã dãni infecti, vt ĩ. declarabo. Et bñ dicit, qa ibi non
ꝑt intelligi in miſſiõe ex ſcđo decreto. Propter hoc gl. recedit ab
iſta lect. & legit tertio mõ. ſ. ꝙ iſta duo ponunt̃ vt vnũ. ſ. hoc totũ,
iubere cauere, & mittere in poſ. eſt miſti ĩperij. Contrariũ loquit̃
de vno tñ, qđ nõ eſt miſti ĩperij, & ſic tranſit. Iſta lec. nõ eſt vera,
qa iuſſus de cauẽdo, & miſſio in poſ. expediunt̃ offõ iudicis nobi
li, & reſpiciũt priuatã vtilitatẽ, ergo qđlibet ꝑ ſe, eſt miſti imperij.
Qualr ergo ꝯueniunt? Dic bñ, ꝙ miſſio in poſ. re ipſa eſt miſti im-
perij, vt hic, & ibi, vñ ꝯcordant in vno: tñ eſt ibi ſpale, qa delegat̃,
licet miſti ĩperij ſit, & hoc, qa cã illa celeritatẽ deſiderat. Vñ prĩa
1 ſol. gl. q̃ dicit ibi eſſe ſpale, illa eſt vera intelligendo, vt dixi. † Hẽs
ergo ex ꝑdictis ꝙ ꝓnunciatio, & miſſio in poſ. ſemꝑ eſt miſti im-
perij, ſed ꝓnunciatio eſt miſti imperij minoris gradus, vñ põt de-
legari. Miſſio in poſ. eſt miſti ĩperij ſuꝑioris gradus, vñ nõ ꝑt dele
2 gari niſi in cã dãni infecti. ¶ † Quæro qđ vult[a] dicere gl. ꝙ ſm de-
a cretũ non interponit̃ in cã dãni infec. † cũ videamus quotidie, ꝙ
† ĩ oĩbus aliis cauſis interponat̃? Rñ. ſm decretũ hoc eſt, ꝙ res ipſa
in qua facta eſt miſſio, adiudicetur miſſo, nõ interponit̃, niſi in cã
dãni infecti, & in cã noxali. vt l. 2. ſi ex noxa. cau. aga. ĩ. & l. & gene
raliter. in fi. infrà, de noxa. & in actiõe de peculio. vt l. ædium. ĩ. de
pec. In aliis cauſis nõ adiudicat̃ res ipſa, ſed vendit̃. vt l. Fulcinius.
§. 1. q. ex cau. in poſ. ea. Vñ d. l. ea q̃. §. magiſtratibus, q̃ loq̃ de miſ-
ſione in poſ. ex aliis cauſis, non ꝑt intelligi ex ſcđo decreto, qa in
aliis cauſis nõ interponit̃ ſm decretũ mittẽdo ĩ poſſ. ſed vẽdẽdo.
3 Quæro † ex gl. qũo hoc ꝙ miſſio in poſ. ex prĩo decreto eſt miſti
imperij, nõne hoc expedit̃ of. iu. mercenario deſeruiente actioni
propoſitæ, vt tędio affectus veniat rñſurus. vt l. is cui. in prin. vt in
poſſ. leg. Præterea ex offõ mercenario magiſtratus minores pñt
mulctare. vt l. 1. ĩ. ti. 2. & l. fi. ſ. ti. 2. Et pñt ꝑſonam capere. vt ĩ auth.
de exhi. & ĩtr. re. §. ſi verò. & dixi. ſ. e. l. 2. Quare ñ ꝑt mittere ĩ poſ.
ex primo decreto? Veritas eſt iſta. Primũ decretũ ꝙ ſit ſufficiẽs ꝑ-
ambulũ ꝑueniendi ad ſm, ĩterponit̃ ex offõ iudicis nobili, & ẽ in-
ductũ ex nouo edicto, vt l. Fulcinius. §. 1. qb. ex cau. in poſ. ea. Di-
cit. n. ꝑtor, Bona latitãtis poſſideri vẽdiq; iubeo. Vñ hoc nõ fit ex
virtute primæ actionis, ſed ex virtute nouæ ꝯceſſionis factæ ꝑ ꝑ-
torẽ. Puto tñ ꝙ ſi magiſtrat[9] vellet grauare partẽ capiẽdo pigno-
ra, vt veniret in iudiciũ, & ſimilia, ꝙ hoc poſſet ex officio merce-
nario. Hoc tñ nõ eẽt ſufficiens, vt ꝑ hoc veniret̃ ad ſm decretũ. Il
lud. n. oportet, vt expediat̃ of. iu. nobili, qđ non ꝯpetit magiſtrati-
bus minoribus, vt in auth. de defen. ciui. §. iuſiurandũ. in fi. Dices
tu, Si hoc fit ex offi. iudi. nobili, ergo cũ petit̃ fieri miſſio ex ij. de-
creto, debebit dari libellus, ſicut cũ petit̃ in integ. reſti. vt extrà, de
offi. iudi. c. fi. Rñ. Iſtud officiũ implorat̃ ſuꝑ eo, qđ eſt notũ & liq-
datũ in iudicio. ſ. ꝑp ꝯtumaciã, iõ ſummariè expeditur, nec eſt ne
ceſſarius libellus, ſicuti cũ petitur executio iudicati, q̃ puto peti
ex officio iudi. nobili, inducto ex edicto ꝑtoris, poſito in l. 4. §. ait.
ĩ. de re iudi. dum dicit, ꝯdemnatũ ſoluere cogam. Et iõ delegatus
4 non exeqtur ſuã ſñiam, qđ dic, vt l. à diuo Pio. ĩ. de re iudi. † Item
q̃rit gl. hæc lex loq̃ de miſſione in poſ. bo. & ſic mittit̃ in poſſ. bo.
Quæro, qđ qñ ꝯcedit̃ bo. poſ. Rñ. Quicquid gl. dicat ſ. eo. l. 1. dare
bo. poſ. eſt miſti ĩperij, qa expedit̃ iu. off. nobili, & reſpicit priuatã
vtilitatẽ, tñ qñq; ꝑt demãdari, qñq; ñõ: vt puta, qñ nõ tribuit ius,
qa expedit̃ habita ſummaria cognitione, & non habita plenaria
cãæ cognitione, qa eſt miſti imperij minoris, & iõ ꝑt delegari, al's
5 ſecus, vt ſ. eo. l. 1. ¶ † Vltimò, qa iſta l. ſm glo. tractat de cautione
dãni infecti, & de miſſione in poſſ. quæro quot ſunt remedia ꝑto
ris circa cautionẽ dãni infecti? Dic vt l. 4. §. 1. verſi. duas. ĩ. de dam.
infe. vbi no. decem remedia. Scđo deberemus videre qualiter co
gnoſcat̃ ꝑtoria ſtipulatio ab aliis? Dic vt l. ſtipulationũ. ĩ. de ver.
oblig. Semper tñ intelligo hanc l. in his quæ of. iudi. nobili inter-
ponuntur, aliàs non eſſent miſti imperij, nec procederet hæc lex.

ADDITIONES.

a And. Barb. ¶ Quæro quid vult. Et non habes tex. loquẽtem de primo decre-
ſecundum Ang. niſi in l. ſi finita. §. Iul. de dam. infect.
† Clau. ¶ Damni infecti. Vide in oppoſitum tex. quem ad hoc pondera in l. 3. §.
genera. ver. quod autem. ibi, rei ſeruandæ, &c. ĩ. de acq. poſ.

LEX V. & VI.

1 *Mores antiquorum ſunt ſeruandi.*
2 *Qui habet iuriſd. ſuo iure, delegat: qui alieno iure, nõ delegat, & qualiter quiſ dicatur habere ſuo iure. nu. 4.*
3 *Mandatum re integra morte mandantis finitur.*
5 *Confirmans quando dicatur dare.*
6 *Mandatum factum nuncio de mittendo in poſſ. non extinguitur morte iudicis.*
7 *Delegatio facta à Principe, morte Principis extinguitur.*
8 *Princeps concedẽdo iuriſdictionem, an in dubio videatur cõcedere ordinariã vel delegatam.*
9 *Iuriſdictionem ordinariã dant lex, Princeps, conſuetudo, populus, vniuerſitas & ſimilia.*
10 *Iuriſdictionem delegatam quis concedit.*
11 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vnam delegare poteſt.*
Delegatus ad vnam cauſam, poteſt vnum articulum delegare.
Delegatus ad vnam cauſam etiam lite conteſt. illam non delegat.
Ordinarius aduocando cauſam ad ſe, poteſt delegatum reuocare.
12 *Delegatus poteſt delegare quãdo in delegatione dicitur, quòd poſſit delegare.*
13 *Licentia dandi iudicem, eſt iuriſdictionis.*
Citatione ſola res deſinit eſſe integra, ad hoc vt iuriſdictio delegati non extinguatur morte mandantis.
Iudicium incipit à citatione.
14 *Cauſæ ſi plures ſunt commiſſæ, & in vna incœpit delegatus, an morte mandantis extinguatur iuriſdictio.*
15 *Delegante remoto ita extinguitur iuriſdictio delegati, ſicut eius morte.*
16 *Delegante excommunicato, non extinguitur delegati iuriſdictio.*
17 *Morte delegantis extinguitur delegatio, non tanquam reuocata, ſed tam quàm quòd voluntas ceſſet.*
18 *Delegati acta ignorantis mortem delegantis, non tenent.*
19 *Morte delegati an extinguatur iuriſdictio, vel qũo tranſeat in ſucceſſorem.*

a More maiorum. [a] Qui hẽt iuriſdictionẽ ĩ ſua ꝑſona
reſidẽtẽ, põt delegare, aliàs ſecus:
& morte delegantis re integra, extinguit̃ delegatio. h.d. cũ l. ſeq.
Diuide, qa primò ponit duo dicta, ex qbus ꝯcludit vnũ tacitè, qđ
principl'r intendit ꝓbare. Scđo illud probat alia rõne. Tertiò ex
prædictis infert vnã aliam conclu. Quartò illã illationem probat
per ſimile. Scđa in l. & quia. Tertia ibi, ideoq;. Quarta ibi, ſicut in
reliqs. Quæritur vtrum delegatus poſſit ſubdelegare? Ad hoc rñ-
deo ꝙ de more antiquorũ inductum eſt, ꝙ ille qui hẽt iuriſd. ſuo
iure, poſſit delegare, non qui alieno. Sed delegatus hẽt iuriſd. alie
no iure, ergo delegatus nõ ſubdelegat. Inſtat quærens, eſt ne alia
ratio ad hoc probandum? Rñ. Iuriſconſultus, probo à ſufficienti
partium enumeratione. ille põt delegare, qui hẽt iuriſdi. à Princi-
pe, vel à lege, ſed delegatus nõ hẽt à Principe, vel à lege, ergo de-
legatus non ſubdelegat. licet enim lex confirmet iuriſ. delegatã,
non tamen dat ita, ꝙ principaliter fundetur in perſona delegati.
1 h.d. Sequitur verſic. ideoque. † Not. 1. quòd mores antiquorum
2 ſeruandi ſunt, vt C. de teſta. l. teſtamenta. † Secundò not. duas re-
gulas; vnam affirmatiuam, quòd ille poteſt delegare, qui habet
iuriſdict. ſuo iure. Aliam negatiuam, quòd ille non poteſt delega
re, qui habet iuriſdict. alieno iure. Item not. in l. & quia. quòd qui
b confirmat, non dat. Vlti. not.[b] quòd † mandatum morte mandã-
3 tis re integra finitur. [c] ¶ Venio ad apparatum, & oppo. ex primo
dicto huius l. more. ſequuntur duæ falſæ conſcientiæ. Nam prin-
ceps habet iuriſd. alterius ꝯceſſione. ſ. beneficio populi. vt l. 1. ſ. de
conſti. Prin. Item qlibet ordinarius hẽt beneficio Principis, ergo
non

ADDITIONES.

a Pariſ. ¶ More maiorum. Circa hanc l. vide etiam omnino Ioan. Bap. Caccia-
lup. vide quæ habes ad Bar. in l. 1. ſ. de offi. eius, cui man. eſt iuriſd.
b ¶ Vltimò no. Adde dũ in iſto tex. traditur rl'a, ꝙ æquiparant̃ mandatũ ꝓcura-
toris, & mandatũ delegati, vide octo drĩas per Fel. in c. relatum. de of. deleg.
c ¶ Finitur. Adde inquantũ do. Iaſ. in 4. limita. ponit, an mãdatum extinguatur
morte ſubdelegantis, cũ primus delegans eſt viuus, qđ conſuluit Fed. conſi.
203. & cum Papa mandat executori ſi ita inuenerit, prouideat mortuo Papa,
non expirat re integra. ſm Rotam deciſi. 459. in nouis, de off. deleg. & dum in
ſeptimo no. parificat mandatũ ꝓcuratoris, & delegati, vide qđ voluit Rota
deciſi. 412. de procur. & inquantũ in 3. par. gl. dicit, ꝙ ſi format excõicationẽ
latam ab ipſo, ꝙ epiſcopus põt abſoluere, vide Cal. conſi. 1. de offi. deleg. vbi
voluit ꝙ delegatus non poſſit elapſo anno, excõicatum ab ipſo abſoluere, li-
cet non appellauerit, vel appellationem non ſit proſecutus. & inquantum po
nit ꝙ qui cõfirmat, dat, qñ actus eſt nullus, & apparet de certa ſcientia Prin-
cipis, adde Abb. conſi. 62. 2. lib. Abb. conſi. 208. & quòd princeps confirmando
priuilegia, non cenſeatur confirmare iniuſta, voluit Bal. conſi. 336. 2. lib. & in-
quantum etiam ponit, ꝙ delegatus non poſſit ſupplere defectum ſolennitatis omiſſæ, adde Abb. conſi. 16. Et inquantum ponit, ꝙ ſi Princeps ſcribit ordi-
nario, authoritate noſtra facias, ꝙ cenſetur delegatus. adde Rom. conſi. 283.
vbi videbitis, quòd illa verba non alterant iuriſdictionem.

non delegat, qđ est falsum, vt l.imperiũ.in fi.s̃.eo. Sol.dicit glo.ꝙ
hic dicit alieno bñficio, intellige.s.hoĩs, sed princeps hẽt à lege
facta ꝑ populũ: alij magistratus hñt à principe, q̃ est lex animata.
hoc nõ placet, nã lex nullũ hẽt effectũ, nisi ex ꝑsona ꝯdẽtis, sed le
4 gẽ ꝯdidit pop.Ro.ergo ab hõib.princeps habuit iuris.† Dic ergo
sm̃ Doct.ꝙ tex.vult dicere, ꝙ ille hẽt iuris.suo iure, q nõ hẽt eam
ex iure qđ principal'r fundaẽ, & radicaẽ in persona sua, & hoc hẽt
qlibet ordinarius: nõ ergo cohæret territorio, vt dixi s̃.eo.l.j.ille
verò hẽt alterius beneficio, q hẽt eã à iure, qđ principaliter radi-
catur in persona alterius, vt delegatus, vt l.j.§.q mandatã.s̃.titu.2.
a ¶Opp.a ad l.& qa, in prin.si lex ꝯfirmat, ergo dat, vt in Aut.de de-
fen.ciu.§.interim.gl.soluit duob.mod.finaliter tenet, ꝙ non est ꝑ
5 oĩa simile, ꝯfirmare, & dare. † Tu dic clarius sm̃ Gu.l.& sic qñq;
b aliquis cõfirmat[b] illud, qđ est ipso iure nullũ, & tunc vr̃ dare, vt l.
adop.de adop.& l.legata inutiliter.j̃.de adim.leg. Qñq; quis ꝯfir-
mat illud qđ nõ est ipso iure nullũ, sed est imperfectũ, vt qñ supe-
rior ꝯfirmat electionẽ, tũc non vr̃ dare qui ꝯfirmat, sed vr̃ imper-
fectũ perficere, vt in Auth.de defen.ci.§.interim. Similiter cũ præ
tor interponit decretũ alienationi, emancipationi, & similibus,
non vr̃ ipse dare, vel facere illũ actũ, sed ꝯfirmat, & perficit. Qñq;
quis ꝯfirmat actũ perfectũ, & validũ, & tunc aut ille actus nõ erat
in sua libera ptãte, quia eum non poterat tollere, & tunc qui con
firmat, nõ dat, vt l.vnum ex familia.§.si de fal.j̃.de leg.2. Aut erat
in sua libera ptãte, & tunc aut ipse ꝯfirmat, volens de nouo indu-
cere, & tunc vr̃ primũ reuocare, & de nouo inducere, vt l.posthu
mus.in fi.j̃.de iniust.rup.& irr.test.& l.quærebaẽ.de test.mili. Aut
noluit inducere de nouo, sed voluit ꝯfirmare prout est, & tunc q
ꝯfirmat, non dat, vt extrà de confir.vti.vel inu.c.antepen.& fi. Ita
hæc lex ꝯfirmat iurisd.delegatam, tanquã delegatã prout est, nõ
aũt faciendo eã ordinariã. Ita debetis intelligere hic.¶ Venio ad
fi.l.& qa.in glo.opp.j̃.de insti.act.l.si quis mancipiis.§.si impubes.
Sol.intelligit gl.ꝙ ibi non erat res integra. Tu dic ꝙ ibi loquiẽ in
mandato vl'i, qđ æquiparatur concessioni ordinariæ iurisdictio-
nis, hic verò in mandato particulari. Dixi in l.eius qui.j̃.si cer.pe.
& plenè in l.j.§.si plures.j̃.de exer. Op.in auth.vt nul.iud.§.& hoc
verò iubemus. Gl.soluit trib.mod. Primò, ꝙ ibi non fuit delegata
iurisdictio, sed mandatũ quoddã negotiũ. Vel ibi fuit ꝑceptum,
hic mandatum. Ista vera. Prima non placet: qa qñ mandaẽ nego-
tium, citius extinguiẽ illud mandatũ, q̃ qñ mandaẽ iurisdictio, vt
j̃.dicam in fi. Ista secunda placet, q̃ tenet Pet.de claro, ibi fuit mã-
datum ei, qui aliàs hẽbat iuris.vel officiũ in his, quæ pertinebant
ad suum officiũ. meritò est iussus propriè, nõ aũt delegatio, quia
6 ante sibi ꝯpetebat. Et per hoc dico, † ꝙ mandatũ factũ nuncio de
c mittẽdo in possessionẽ, & similia, nõ extinguunẽ morte iudicis.[c]
Pro hoc extra de offi.deleg.lib.6.c.si super gratia.& j̃.de acq.pos.
l.fundi.& ibi dixi. Tertia solu.est, qđ hic loquiẽ de morte mandã-
tis, ibi de morte eius, cui mandatũ est factum, & j̃.dicã in qõnib.
7 ¶† Quæro primò, vtrũ morte principis extinguaẽ delegatio fa-
cta à principe? Et vr̃ qđ non, qa princeps dedit. Contrariũ deter-
minat gl.& bñ, qa hic intelligiẽ qñ princeps dat, transferendo in
eum iurisdõnem ordinariã, ita ꝙ facit eum ordinariũ. Aliàs cũ iu
risdõ non resideat in delegato, idẽ qđ in alio, & hoc tenent oẽs.
8 † Iuxta hoc, pro huius declaratione qro, qñ princeps, vel popu-
lus, q pñt dare iurisd.ordinariã, ꝯcedunt iurisdõnem, vtrũ vñr cõ
cedere ordinariã, vel delegatã? Breuiter sic dico, aut in ꝯcessione
sic exprimitur, ꝙ hoc faciat authoritate ꝯcedentis, & tũc non vr̃
d ꝯcedere ordinariã,[d] vt in proœ.Insti.§.cunq; hoc.ibi, auctoritate
nr̃a, &c.& C.de vet.iu.enuc.l.1.§.oĩa.n. Probaẽ j̃.e.l.solet.expres-
sius ex̃, de cle.ægr.c.1.lib.6.& ibi gl. Si verò hoc non exprimiẽ, tũc
aut ꝯmittitur vnũ negotiũ, vel plura particularia, & nõ vr̃ ꝯcedi
ordinaria iurisdõ.ar.l.certarũ.j̃.de test.tu.& ex̃.de resc.c.cum ali-
quib.lib.6.& c.ne aliqui.cũ ibi no.ꝑ Io.An.de hær.in 6. Aut ꝯmit
titur vniuersitas q̃dam negotiorũ, & tunc in dubio vr̃ ꝯcedi ordi
naria iurisdõ, vt l.j.§.cum vrbẽ.s̃.de of.præf.vrb.& C.vbi & apud
quẽ.l.fi.¶† Quærit gl.quis dat ordinariã iurisdõnem? Rñdet, lex,
9 Princeps, ꝯsuetudo, populus, vniuersitas, & similia, vt in gl. Idem
Inn.in c.cũ ab ecclesiarũ.de of.or. Hoc qđ dr̃ de ꝯsuetudine, intel
ligas de ꝯsuetudine illius populi, qui posset illã iurisd.dare expſſe
statuẽdo. Si.n.intelligeres de ꝑscriptione.s.an ꝑscriberet iuris.ista
esset lõga qõ, & ponit eã Cy.C.de eman.li.l.j.& Gul.in l.imperiũ
s̃.e. Aliàs tibi dicã, nõ potui mõ cogitare, quia profunda qõ est.
10 † Quærit gl.qs pt̃ dare iurisdõnẽ delegatã? Dicit gl.qlibet, qui pt̃
e dare iurisd.ordinariã. Itẽ qlibet[e] ordinarius, vt hac l.itẽ qlibet de-
legatus à principe, vt C.de iudic.l.à iudice. Hoc est verũ, qñ dele-
gatur iurisdõ. Sed si delegaẽ aliud offiñ, tunc istud non pt̃ deman
dari, vt extrà, de off.& po.iud.dele.c.fi.in fi.& j̃.de leg.j.l.sciendũ.
11 §.legati.& C.de decu.l.nullus.lib.10. Item dicit gl.† delegatus ad
vniuersitatẽ cãrum pt̃ subdelegare vnã. Et hoc cõiter teneẽ, licet
quidã ꝯ. prout tenet Pet.in l.1.§.2.qs & à quo. Pro hoc dico, qđ ẽt
delegatus ad vnã cãm pt̃ delegare vnum articulũ illius cãæ, sicut
ille qui est delegatus ad plures cãs, pt̃ vnã de his subdelegare. De
hoc est hodie casus de offi.deleg.c.j.in cle.licet Cy.ꝯ in l.à iudice.

C.de iud. Item dicit gl.ꝙ lite contesta.delegatus ad vnã cãm, pt̃
eam delegare ad similitudinẽ procuratoris, vt C.de proc.l.neq;
Idẽ sentit gl.in hac l.more, in solutione ꝯrij de l.legatus.s̃.de offi.
procon. Et idẽ ibi tenet, & in d.l.j.§.j.j̃.quis, & à quo. Vltramonta
ni ꝯ, vt Cy.refert in l.à iudice.C.de iud. Nam procurator per con
testationẽ efficiẽ dñs litis, non iudex delegatus.j̃.de iud.l.iudiciũ.
soluitur, qa iudex ordinarius eum pt̃ reuocare qñ vult, vt ibi. Et
illud tenet gl.ex̃, de re iudi.c.cũ Bertoldus.& de app.c.cũ cãm.&
Io.And.ex̃, de procu.c.licet.li.6. Quod dixi, qđ iudex ordinarius
pt̃ reuocare delegatũ, ẽt post ꝯtestationem, intelligit Gul.reuocã
do ad se. Sed si vellet aliud ꝯmittere non posset, nisi ex cã, vt l.pla-
12 cuit.C.de peda.iud. Sed illa lex ad hoc nõ vrget. Quæro, † quid
si in delegatione dictũ est ꝙ possit alteri delegare? Pet.dicit ꝙ nõ
pt̃.Cy.refert in l.à iudice.C.de iud.Gl.hic & Cyn.postea in addi.
ad l.à iudice. vbi dicit ꝯ. quia tũc non vr̃ ipse delegatus delegare,
sed delegãs, vt l.vnũ ex familia.§.si de fal.j̃.de leg.2. Pro hoc indu
cit ipse ꝑpãr.l.non distinguemus.§.quæsitum.j.de arbi.& de ser.
rust.præd.l.cum essent.§.si.facit l.apertissimi.in fi.& glo.C.de iud.
& j̃.eo.l.solet.& hoc placet. Nam sicut cognitio cãæ est iurisdõ-
nis, & ideo delegabilis, ita iudicis dandi licẽtia est iurisdictionis,
13 vt l.imperium.in fi.s̃.eo.& ideo delegabilis.¶† Venio ad finem
legis, & quia dr̃ hic qđ iurisdictio delegati extinguitur morte mã
f dãtis re integra, quæro qñ desinit[f] res esse integra? Gul.hic dispu
g tat, finaliter tenet, ꝙ per litis ꝯtest.non enim sufficit sola citatio.[g]
Et hoc sequiẽ Iac.But.in l.j.& auth.ibi posita.C.de lit.cont. Cõtrã
in c.gratũ.extra, de of.dele. Credo ꝙ decretalis illa dicat veritatẽ.
Item tex.hic dicit, si res ab eo, cui mandata est iurisdictio, geri cę-
perit. Quid est illud qđ oportet esse cęptum, vt mandatũ non ex-
tinguatur? Certè istud quod est mandatũ, sed iudici non datur iu-
risdictio. Iurisdictio aũt incipit geri per solam citationẽ, quia cõ-
missio citationis, est iurisdictionis, & ab ea incipit iudiciũ, vt j̃.de
in ius voc.per totũ.& Inst.de pę.teme.litigan.§.si.in prin. Ergo ap
paret, ꝙ desinit esse res integra. Sed si quidem procuratori man-
datur exercitium causæ, vel litis, est secus: quia cã, vel lis non erat
ante litẽ contesta.vt l.causas.C.de transa. Ergo añ litem contesta.
14 non desinit res esse integra, sed dr̃ mandatũ integrum.¶† Quæ-
ro, quid si committuntur plures causæ, & incipit in vna: vel ꝯ plu
res personas, & incipit ꝯ vnam, an morte mandantis extinguitur
mandatum quo ad alias? Inno.& glo.videntur dicere ꝙ sic, extra
de offi.deleg.c.licet vndiq;.quod intellige, quando plures causæ
fuerũt nominatim ꝯmissæ, & sic fuerũt plures delegationes, vt l.
scire

ADDITIONES.

a Opp. Circa istã materiã.an confirmans dicatur de nouo dare. Moder.hic la
tè ponunt. Adde Alex.cons.268.vbi inter cætera dicit, ꝙ cõfirmatio nõ tra-
hitur in præiudiciũ alterius, & ꝙ per derogationẽ factã pactis, vel statutis,
non intelligiẽ derogatũ confirmationi. de quo latius per eũ in consi.338.&
vide ẽt de materia eundẽ consi.611.per totũ.in consi.seq.nunq d aũt in con-
firmatione requiraẽ solẽnitas eadẽ, quæ in actu primo, & an cõfirmatio tra
hatur retro, vide Are.consi.128.incip.Eximie Doctor.ver.2.& hoc probaẽ.&
consi.seq. Item qđ confirmatio nunq̃ trahaẽ ad illicita, vide Rom.consi.218.
Quid aũt si princeps confirmet donationẽ factã Titio, an per hoc probetur
donatio, vide Rom.consi.336. Item ꝙ confirmatio statutorũ trahaẽ ad pręte
rita, quorum effectus porrigitur in futurũ, vide Bald.in l.Plautius.j̃.de iure
codi. An aũt confirmatio actus validi, trahatur ad oĩa cõtenta in ipso actu,
an solũ ad principalẽ dispõnem? vide Ang.cons.11.incip.sed Titius. Item qđ
confirmatio opereẽ, vide Bal.in c.vnico.qui succes.feu.dar.ten. Item ꝙ con
firmans non videatur velle ius de nouo dare, vide Bal.limitationes in c.1.in
prin.per quos fiat inuesti. Item quod vnusquisq; possit petere actum confir-
mari, de quo possit esse dubium, an possit infringi, vide in l.si quos.C.de de-
cu.lib.10.de quo vide ibi ad Bart.de materia confirmationis, & quid si ali-
cui sint cõfirmata priuilegia antiqua, an ea teneatur ostẽdere, & quid si cõ-
firmatũ esset falsum. vide Fel.in c.inter dilectos.de fide instr. & de eo quod
dictum est, an teneatur ostendere, vide Ias.in auth.si qs in aliquo. ponẽtem
quatuor limitationes ad regulã, ꝙ confirmãs nihil dicaẽ de nouo dare.C.
de eden. vide ibi in materia aliqd dictũ ꝑ eũ post Imo. Itẽ ad regulã, & quo
tuplex sit interpretatio, vide Fel.in c.super qõnum. de of.dele.in prin. Item
quod confirmãs testm̃ primò factũ, à non hñte ptãtem faciendi, dicatur de
nouo concedere. vide Bar.cons.196.incip.ciuitati Came.in j.dub.vol.1.
¶Limita.vt per Pan.cons.189.& vide Alex.cons.122.in 4.vol.& cons.123.eo.
vol.ad fin.& vide multas remissiones per Fel.in cap.cum venisset.de testib.
Rom.consi.8.& Imo.consil.74.

b Confirmat. Adde & vide Alex.de Imo.in consil.1.in v.volum.& in consil.30.
eo.vol.vbi latè.

c ¶Morte iudicis. Adde inquantum Ias.ponit, quòd licentia de capiendo
debitorem, duret in tempus successoris, si causa cognita est concessa. Bald.
cons.310.vbi dicit quod à renouatione licentiæ, non potest appellari, quia
absque renouatione durat facultas capiendi.

d ¶Videtur concedere ordinarium. Vide Abb.in c.fin.ff.de offi.deleg.

e ¶Poma.¶Itẽ quilibet. Extẽde, vt per Panor.in c.cæterũ.ver.insuper.de iud.
& no.duo.in tex.in c.fi.de of.ord.vbi Bal.ad hoc simpliciter ponderauit.

f ¶Quęro qñ desinit. Circa istã materiã, an per vnũ actũ priueẽ iurisdõ? Vide
Ro.sin.cxlix.Ias.hic, q tñ nõ alle.Ro.vbi s̃.vide Fel.in c.gratũ.de off.deleg.

g ¶Citatio, Adde post Ia.ꝙ per citationẽ rescriptũ sit cõe: & aduersarius vti
pt̃ inuito Imperatore sm̃ Fran.de Aret.cons.33.& Rom.cons.343.& an ante
præsentationẽ rescripti, iudex possit recusari, vide Fed.cons.24.quod sic.

ſcire debemus.& l.pluribus.ĵ.de verb.obl. Sed ſi eſſet ꝯmiſſio vl'r facta, vt qa vniuerſitas cãrum eſt ꝯmiſſa, & ſic vna ꝯmiſſio, tũc incipiendo in vna, perpetuaretur quo ad oẽs. Facit ad hoc l.etiam,
15 la j.§.j.ĵ.de mino. Eadem.n.eſt rõ quæ eſt in vna. ¶† Quæro vlte-
a rius, [a]dr hic ꝙ morte mandantis extinguitur mandatũ delegationis, quid ſi mandans non eſt mortuus, ſed a l'r remotus? Dñt Doc. idem eadem rõne. Facit l.ſi per epiſtolã.ĵ.de acquir. hære.& ĵ.de
16 ſuſpe.tut.per totum. Quid ſi excõicatus, † vnde remanet officiũ, licet impediatur adminiſtratio? Inn.tenet qđ non reuocat offm delegati, in d.c.licet vndiq; Quod placet pro hoc, quia licet delegans poſſet recuſari, vt ſuſpectus, non tñ impediret offm, ſeu iu-
17 riſdõ delegati, vt ex.de off.deleg.c.ſi is cui.lib.6. ¶† Quæro, morte mandantis extinguitur mandatum, an extinguatur tanquã reuocatũ, vel qualiter? Rñ.nõ extinguit tanquã reuocatum à dño, ſed tanquã voluntas mandantis ceſſet, vt ĵ.locat.l.3. Aliud eſt.n. reuocare, quia tunc ponit voluntas ꝯria primæ. Aliud eſt, voluntatem ceſſare, qa tunc ponit nõ eſſe voluntatẽ, vel eſſe, & ceſſare. Et per hoc apparet qđ ſi aliquis delegauerit cãm donec duxerit reuocandã, qđ eo mortuo non videatur reuocare, vt in c.ſi dele-
18 gatus.de offi.dele.lib.6. ¶ Quæro, † morte mandantis extinguit mandatum, qđ ſi delegatus ignorat, & procedit, an veleant acta? Inn.in d.c.licet vndiq;.vr dicere ꝙ ſic: quaſi mandatũ non extinguatur ipſo iure, ſed ope exceptionis. Gl.ĵ.ſi cer.pet.l.eius qui in prouincia.ſuper verbo, ignoraſſent, tenet ꝯrium. Idẽ tenet gl.ex. de teſti.c.cum veniſſet.ſuper ver.egerit. Idem Spe. in ti.de of.iud. dele.§.reſtat.ver.quid ſi delegatus.quod mihi ſatis placet, per iſtũ
19 tex.qui ſimpl'r dicit, mandatũ ſolui. ¶† Vltimò q̃ro, [b]vidi qđ mã-
b datum delegati ſoluitur morte mandãtis, ſeu delegãtis, an ſolua-
c tur ẽt morte delegati, an verò tranſeat in ſucceſſorem? [c]Gl.hic diſtinguit, aut ꝯmittitur ſub noĩe proprio, aut ſub noĩe dignitatis, quã vide, & not. Dic breuiter: Aut ꝯmittitur aliquod negotiũ, nõ iuriſdictio, & tunc licet ſub noĩe dignitatis non tranſit ad ſucceſſorem, ſm Inn.extra de offi.dele.c.ſi. Aut ꝯmittitur iuriſdictio, & tunc aut ſub noĩe proprio, & non tranſit ad ſucceſſorem, arg.l.ſi ſeruus cõis.ĵ.de ſtip.ſer. Aut ſub noĩe dignitatis, & tunc gl.vr dicere ſimpliciter qđ tranſit. Doct.dñt, aut apponit nomen dignitatis, q̃ quis hẽt beneficio alterius, vt vicarius, vel delegatus, & ſimiles, & tunc non tranſit in ſucceſſores, ſm Pet.arg.l.ꝙ principi.& l. ſi Auguſtæ.ĵ.de leg.2. Aut ſub nomine dignitatis, quam quis hẽt iure proprio, & tunc tranſit in ſucceſſorem, vt extra, de offi.dele. capi. quoniam abbas. & l.ſi ſeruus.ĵ.de ſtip.ſer. Aut ſub nomine proprio, & appellatiuo, & tunc inſpicimus, qđ præcedit, vt d.l.ſi ſeruus.niſi ex aliqua cauſa, vel aliquibus circunſtantiis aliud præſumatur, vt plenè dixi in d.l.ſi ſeruus, &c.

ADDITIONES.

a Quæro vlterius. Quid autem in gratia conceſſa per Papam ſolo verbo, an expiret morte eius? Vide Dec.in rub.extra de conceſ.præben.

b Vltimò quæro. Limita hanc materiã, vt per Bar.in l.terminato.circa fi.C.de fru.& lit.expen.& circa illud qđ hic dr, qñ cõmittitur nudũ negotiũ ad miniſterium, vide Alex.Are.& Mo.in l.qui liberis.§.hæc verba.de vulg.& pup. poſt Bar. Item qđ qñ cõmittitur aliquid conſcientiæ alicuius, dicatur factũ cohæres perſonæ: vide quæ habes ad Bar.in l.vnica.§.ne aũt hoc.C.de cad. tol.vide ẽt Alex.in apoſt.ad Bar.in d.§.ne aũt hoc. Item qũo conceſſio facta ſub nomine dignitatis, cẽſeatur realis, vel perſonalis, vide omnino Pau.de Eleaz.in 1.q.ſua, inci. Papa ſcribit.per totam illam q. Item nonnulla ex quibus cognoſcitur in deleg.fuiſſe electa induſtria perſonæ, vide per Iaſ.in l.1. ĵ.de offi.eius. Item qñ cõmittitur aliquid ſub noĩe officij, ſi mutetur dignitas, non tranſit in ſucceſſorem, vide & declara vt per Io.de Dama.conſi.19. Item de re ardua, &c.quib.cognoſcatur, quod ſit electa induſtria perſonæ, vide latè Fel.& Panor.in c.quoniam.§.1.de offi.deleg.

c ¶ In ſucceſſorem. Adde ẽt poſt Iac.aliam limitationẽ, qñ mandatũ ſub noĩe dignitatis, non tranſeat in ſucceſſorem, quã ponit Bal.conſi.418.1.lib. ego puto primam limitationem de cõmiſſione facta Regi Francorum.& qñ mandatum ſub nomine dignitatis, tranſeat in ſucceſſorẽ, vide Ioan.de Ana.conſi. 19.Card.conſi.48.Abb.conſi.93. An autem mandatum factum Epiſcopo ſucceſſor poſſit exequi ante conſecrationem.vide Rotam deci.424.

LEX VII.

Si quis id. Contra corrumpentem, vel corrumpi facientẽ album propoſitum, vel quod in albo proponit, datur actio popularis in quingentos aureos, quę in defectum eſt corporalis.h.d. Primò ponit edictum. Scđò eius expoſitionẽ. Secunda ibi, ſerui quoq;. Ad euidentiã ſcias, ꝙ olim in ciuitate Roma.erat quidam murus dealbatus, in quo ponebantur edicta prętorum: Item citationes contumacium, & illud ſi quis deſtrueret, punitur hac l.intellige ſi edictum prætoris deſtruitur, ꝙ propoſitum eſſet perpetuò: Secus ſi deſtrueretur id, quod poneretur ad tempus vt citatio, quia tunc poſt finitam cãm, non intereſt alicuius licet deſtruatur, & deſtruens, hoc edicto non tenetur, &c.

1 *Corrumpens, vel deſtruens aliquid in libris exiſtentibus in armario cõi, tenetur hoc edicto. Item deſtruens imaginem alicuius proditoris, vel falſarij.*
2 *Citationes poſitas in loco publico deſtruens, punitur extraordinariè.*
3 *Pœna actionis popularis applicatur parti, non fiſco.*
4 *Tempus præteritum non continet præſens ex propria ſignificatione.*
5 *Statutum quòd capitaneus proponens aliquid contra ſtatutum communis deſinat eſſe capitaneus, intelligitur, quòd propoſitio ſit perfecta.*
6 *Soluere qui non poteſt in ære, luat in corpus.*
7 *Ruſticitas, & ignorantia excuſant.*
8 *Iuſſus iudicis, quando excuſet, remiſſiuè.*
9 *Edictum tollens, licet non corrumpat, tenetur hoc edicto.*
10 *Mandans & faciens tenetur hoc edicto.*
11 *Mandãs quando tenetur, etiam ſi mandatarius non ſit in dolo.*
12 *Delinquentibus pluribus quilibet inſolidum tenetur, & vno ſoluente alter nõ liberatur.*

§. Serui quoque. Hic incipit exponere verba edicti.ſ. ſi qs, qa ꝯtinetur liber, & ſeruus, maſculus, & fœmina. Verſi.ꝙ ſi dum, &c. hic exponit verbũ, propoſitum erit. Ver.in ſeruos.hic declarat, ꝙ dixit, quingentorũ aureorum. Verſi.doli mali.hic exponit verbũ, dolo malo. Verſi.hoc vero edicto, exponit verbũ corruperit. Examinemus mõ partes, & in prin.q̃ro expõnem verborũ quorundã, q̃ nõn ſunt expoſita à Iuriſc. Primò, qđ eſt hoc dicere, iuriſdõnis ꝑpetuæ cã, non prout res incidit Gl.exponit, ꝑpetua dñr edicta, nõ prout res incidit, ſicut citationes. Tu dic clarius, ꝙ oĩa, q̃ ſcribunt in albo, vel ĩ charta: ad hoc, vt ibi ſint ꝑpetuo, ꝯprehendũtur hoc edicto. Et iõ ſi qs
1 † deſtruxerit aliqđ in libris armarij cõis, hoc edicto tenet. Hoc te-
a net Roſ.ſup tit.de act.in factũ, q̃ orit ex hoc edicto. Et eadẽ rõne [a] ſi qs deſtrueret figurã alicuius hominis depicti in aliquo pariete ꝑp falſitatẽ, vel proditionẽ, tenet hoc edicto: nõ.n.loquit de ſcriptura tm, ſed ſi qđ propoſitũ erit. Qđ verò dr, non prout res incidit, intelligit de his, q̃ ibi proponunt, vt eleuent, vt edicta ꝯtinen-
2 tia citationes. Dñt tñ gl. † ꝙ ẽt ille qui illa corrũpit, tenet ex huius edicti ſnĩa, qđ Doc.non placet, qa eſt hoc in verbis, edicti ſpe-
3 cialiter exceptũ, al'r ergo ex ordinẽ puniret. ¶† Quero, cui applicabitur iſta pœna quingentorũ aureorũ? Glo. dicit ꝙ applicabit actori, nõ fiſco. Vide eam, & no. Iſta eſt vera, qñq; per actionẽ popularẽ petit pęna applicari parti, vt l.ſi cui.ĵ.de verb.ſig. niſi aliter lege ſit expreſſum, vt l.lege Cornelia.in fi.ĵ.ad Syl. Secus qñ pœna Imponitur per viam accuſationis criminalis, qđ plenè exami-
4 na, vt dixi in l.agraria.de termino mo. ¶† Venio ad ver.2.No.qđ maſculinum ꝯtinet fœmininũ. qđ dic plenè in l.j.ĵ.de verb.ſig.& ibi per Dy.& Ia. But.in l.ſi quis in tantã.C.vnde vi.& Cy.in l.qui-
5 cunq;.C.de ſer.fug. ¶† Venio ad verſiculum, qđ ſi dum. Not.ꝙ præteritum non ꝯtinet pñs ex propria ſignificatione, qđ dic, vt ĵ. de verb.ſig.l.verbum erit. Et hoc no.ad multa. Iac. But.allegat ad q.q̃ diſputauit. Dicebat ſtatutũ, ꝙ ſi capitaneus propoſuit aliquid ꝯ vtilitatem cõis, deſinat eſſe capitaneus, an ſit neceſſe ꝙ propoſitio ſit perfecta, an deſinat, cum incepta eſt proponi? Et ſm propriã ſignationem requirit ꝙ propoſitio ſit perfecta. ¶ Venio ad
6 ver.in ſeruos. ¶ Not. † ꝙ qui non põt ſoluere in ære, luat in corpus, vt l.quicunq;.C.de ſer.fug. qđ qualiter intelligatur, no.Cy.l.
7 ſi non conuitij.C.de iniur. Dixi in l.ſi qs iniuriã.ĵ.de iniur. ¶† Venio ad verſi.doli mali.no.ꝙ ruſticitas, & ignorantia excuſat, & ei parcitur. De quo per Dy.in c.iuris ignorãtia.extra, de reg.iu.li.6.
8 Item † no.ꝙ iuſſus iudicis excuſat, qđ dic, vt ĵ.de re.iu.l.nõ vr.§.g
b iuſſu. ¶ Venio ad ver. [b]hoc vero edicto. No.ꝙ qui tollit, † licet nõ
9 corrũpat, tenet. Ratio, qa qui albũ corrũpit, & illud qđ ꝑpoſitũ eſt. Nam cũ dico, propoſitũ eſt, ꝯphendo rẽ propoſitã, & rem, ſeu locũ in quo proponit. Sed qñ eleuat rẽ propoſitã, tũc illud pro-
10 poſitũ corrũpit, iõ tenet verbis edicti. † Item no.ꝙ tenet ille qui
c mandat, [c]& ille q facit. Hoc intellige ex ſnĩa edicti, non verbis, qa verba ſunt ſcripta in perſonã, ſi qs corrũpit.ĵ.qđ vi aut clam.l.aut
11 qui al'r. ĩ fi.& ĵ.de adul.l.hæc verba. ¶† Item no.ꝙ licet mãdatarius non ſit in dolo, tenet mãdans. Contrà.ĵ.de fur.ſi is q rem.§.ſi tu Titium. Gl.ſoluit, & bñ. Tu clarius dic, Furtũ eſt quoddã maleficium nominatũ, hæc.n.appl'o furti continet ꝯtrectationem rei alienæ, factã aĩo lucrãdi inuito dño. Sed ſi qs ꝯtrectauit rẽ, & non fuit in dolo, non põt dici furtũ eſſe ꝯmiſſum, ergo mãdans non põt teneri furti, quaſi ſit fcm, qa non eſt fcm furtum. Sed iſtud maleficiũ de quo hic loqmur, eſt innominatũ, vt hic. Non.n.hẽt aliud nomẽ, niſi ꝙ fcm ponat, ſi qs corrũpit album. Sed ſiue corrũpens fuit in dolo, ſiue non, albũ corruptũ eſt, merito põt quis teneri de eo, ꝙ mandauit albũ corrumpi. ¶ Venio ad verſi.ſi vterq;.not.ꝙ
12 † qñ ſunt plures delinquẽtes qlibet tenet in ſolidũ, & vno ſoluẽte alter non liberat. Opp.glo.ĵ.de eo ꝑ quẽ fcm erit.l.j.§.ſi plures. Sol.vt in gl.& bñ.Op.ex gl.de l.ſi multi.ĵ.de publican.& ĵ.de iure fiſc.l.aufertur.in §.fin. Sol.iſtud eſt verum in plurib.non officialibus. Nam plures officiales delinquẽtes in officio non ita tenent, ſed

ADDITIONES.

a Eadem ratione. Adde poſt Ale.dum dicit, ꝙ filius poteſt exhæredari per cauſas ſimiles expreſſis. ꝙ Ro.tenet contrarium, conſi.185.

b Barb. ¶ Venio ad ver. No.de excuſatione ruſtici. vide Bal.ĩ l.1.C.de ĩter.ma.

c Mandat. Inquantum Iaſ.hic latè proſequitur, an mandans teneatur ſicut faciens, & tranſit cũ cõi ſnĩa, vide qđ conſuluit Bal.ſuper ſtatutis Mediolani, quorũ vno cauetur, ꝙ homicida capite puniatur, ita ꝙ ſtatim moriatur: altero, ꝙ nullus corporaliter puniatur, niſi lege municipali cauetur, an tunc mandans debeat decapitari.& conſuluit ꝙ non, eius conſi.52.3.lib.

sed inter oẽs sufficit solui vnã pœnã, vt d.l. probat.& j. de admi,
tu.l. tres tutores. ¶Vltimò dr̃ hic, q̃ si plures mandauerint, quili-
bet tenetur insolidũ. Contrà. j.l. proxi. in fi. Sol. vt ibi statim dicã.

LEX IX.

1 *Maleficia plura, plurium facta censentur, quãdo de vindicta publica tractatur.*
2 *Plurium consilium circa vnum, & idem, vnum consilium censetur.*
3 *Mandantes plures, an teneantur sicut plures consulentes.*
4 *Dominus quomodo teneatur pro delicto à familia commisso.*
5 *Delicta plura quare magis in albo corrumpendo considerantur, quàm in furto.*

Si familia. Plura facta vnius familiæ puniũtur, vt plura, si
de publica vindicta tractatur: al's vt vnum. h.d.
vsq; ad fi. q̃ l. no. qa fortè non reperit̃ alibi, nec ista, nec l. superior.
Et primò dicit, q̃ si familia albũ corrũpit, dñs tenet̃ pro quolibet
seruo. Et quia huic dicto videbat̃ ꝯdicere edictũ, si fa. fur. fe. di. illi
rñdet, & hoc primò. Scd'ò huic dicto obstabat authoritas Octa-
ueni Iurisconsulti, cui ẽt rñdet. Scd'a ibi, vñ Octauenus, & hæc est
bona, vt dixi. s. e.l. proxi. & nõ sunt alibi istę duæ ll. q̃ hoc tractent
1 plenè, vt istæ faciũt, ¶† No. q̃ qñ tractat̃ de vindicta publica, plu-
2 ra maleficia, pluriũ facta censent̃. ¶† Itẽ no. in fi. q̃ ꝯsilium pluriũ
circa vnũ & idẽ, vnũ censet̃ ꝯsilium. Opp. q̃ imò idẽ sit in damno
dato, qd' in furto, vt l. illud. j. ad leg. Aquil. Gl. soluit duob. mod. &
bñ. oẽs tenẽt gl. Sed ꝯ op. j. de iniur. l. si pl'es. Gl. sol. teneas vltimã
sol. q̃ ibi erãt plures serui diuersorum dñorũ, & sic non faciebãt
3 vnã familiã. ¶Opp. ex gl. ad fi. & vr̃ q̃ † plures mãdantes, teneant̃
insolidũ, sicut plures ꝯsulentes, vt s. e.l. si qs id qd'. in fi, Sol. Ibi plu
res mãdantes liberi, hic plures mãdantes serui, q ꝯstituunt vnã fa
miliã. Ita not. j. de noxa. l. si pluriũ seruus. Contra hãc sol. vr̃ casus
j. qd' vi aut clã. l. sp. §. j. Sol. ibi qñ agit̃ ad id qd' ꝑtinet interesse re-
spectu petẽtis, licet sit pœna respectu ꝯuenti, hic qñ est simpl'r pę
na. Distingue ergo circa hoc plenè, vt ibi p Dy. & ibi dixi. ¶Item
aduerte ex hac l. q̃ qñ ageret̃ criminaliter de dãno dato, nõ habe
ret locũ. l. illud. j. ad l. Aqui. qa tunc ageret̃ de vindicta publica, &
plura facta sunt, idẽ qd' ĩ albo corrupto. Idẽ tenebat Mar. Sil. hic,
& Iac. But. & bene. furtũ aũt sp punit̃ vt vnũ, qa vnum factũ est, vt
hic in fi. Sed qd, si pro furto ageret̃ ad vindictam publicã? non est
4 idẽ, qd' in dãno, & iniuria. ¶† Et ideo circa familiã seruorũ delin-
quentiũ dic, Aut delinquit qlibet ex proprio ꝓposito, non simul
cõicato cõsilio, & pro oĩbus tenet̃ dñs, non tanq̃ pro vno, vt hic
not. fm primã sol. facit l. sp. §. j. qd' vi aut clã. Aut delinquũt cõica-
to ꝯsilio, & tunc aut dño sciente, & pro oĩbus tenet̃, & loquit̃ l. j.
§. j. j. si fa. fur. fe. di. Aut dño ignorãte, & tũc aut est vnũ maleficiũ,
a vt furtũ, & mandatũ, a (aliàs, damnum,) & tũc sp tenet̃ dñs, vt pro
vno, vt hic in fi. Aut sunt plura delicta, & tũc aut agit̃ de vindicta
publica, vt in albo corrupto, vel iniuria, vel dãno dato, & tunc te-
netur pro oĩbus, vt hic. Aut agit̃ pro vindicta priuata, & tũc tene
tur tanq̃ pro vno, vt l. illud, ad l. Aquil. l. j. si fa. fur. fecis. di. Qd' intel
lige, si tpe ꝯmissi delicti erat vna familia, al's secus, vt j. de noxal. l.
5 qd' ait ꝑtor. in fi. ¶† Quæro quare hic sunt magis plura delicta, q̃
in furto? Rñ. vt dixi s. l. prox. Furtũ est quoddã maleficiũ nomina
tum, vt in hac l. appellatione furti multa ꝯprehendunt̃. Vñ si plu-
res surripiũt vnã rem, licet facta sint diuersa, qa alia est ꝯtrectatio
vnius, alia contrectatio alterius, tñ furtũ est vnũ, & iõ punitur vt
vnũ. Sed corrũpere album, est quoddã maleficiũ innominatũ, &
punit̃ ꝯtemplatione facti. s. ex eo, qd' corrũpit. Si facta sunt plura,
ergo puniunt̃ vt plura. ¶Idem in iniuria. Nã edictũ de iniuriis, so
nat in factũ, & ẽt lex Corn. vt si qs percusserit, propulsauerit, &c.
& eodẽ mõ l. Aquilia, si qs ruperit, fregerit, &c. l. si seruus seruũ. §.
tertio aũt capite. j. ad l. Aquil. & ideo Iurisconsultus hic dicit, q̃
hic plura sunt facta. In furto vnũ, non dr̃. s. factum, sed vnũ. s. fur-
tum. ¶Quod aũt dicit in fine, qd' plurium seruorũ vnum est cõsi
lium, eodẽ mõ procedit sicut dicimus in furto. Nam in eo quod
dicit, ꝯsilium, ꝯprehenditur actus ꝯsulentis, & eius cui ꝯsulitur in
recipiendo ꝯsilium. Sed istud est verũ in oĩb. saltẽ respũ recipien-
tis, sed in albo corrupto denotatur solus actus prout est in facien
te. Aduerte tñ q̃ licet dicantur vnum factum, siue plura, tñ plura
sunt delicta, quam sunt personæ delinquentium, vt j. de noxa. l. si
plurium seruus. Sed dices tu, si sunt plura delicta, quare non pu-
niuntur, vt plura delicta? Rñde, quia non puniuntur vt delicta in
gñe, sed vt furtũ, & istud est vnũ, vel vt consiliũ, & istud est aliud.

ADDITIO.

a Alex. Los. ¶Et mandatum. Melius, & damnũ, vt aliqs sit sensus iudicio meo,
licet antiq codices ita habent, nec est inculcatio verborũ, vt docet Ias. hic.

LEX X.

a Qui iurisdictioni. a Nõ dẽt esse iudex qs in cã sua, vel
liberorum suorũ, vel famulorum.
† † h.d. ¶Oppo. j. de iudi. l. in priuatis. Sol. ibi in iudice delegato, b
b qui fungitur vice delegantis, hic in ordinario, & hoc est verũ. qd
clarè examinat gl. in l. quinetiã. j. de arbi. ¶Opp. de l. senatuscon-
sulto. s. de offic. præsid. Sol. vsq; ad litẽ ꝯtesta. põt esse iudex, si res
erat peritura, vt ibi: aliàs secus, vt hic. Quæro, quid de aliis cõsan-
guineis iudicis? Tex. vr̃ noĩare aliquos, vt l. lex Cornelia. j. de in-
iuriis. & extrà de appel. c. postremo ¶Et dicit idem de oĩbus, qui
sunt j. illum gradum. j. quem possunt inuicem succedere, nisi for
tè actor & reus essent eiusdem gradus, arg. l. nõ solum. §. j. de ritu
nup. At illud quod dicit, quòd nõ potest sibi ius dicere, dic plene
per Doct. in l. j. ne quis in sua cau. & per Inn. in c. ex parte. extrà, de
verb, signi. vbi multum plenè notatur.

ADDITIONES.

a Barb. ¶Qui iurisdictioni, Vide Old, in consi. 7, vbi cõsuluit, q̃ si est iniuria fa
cta ptãti, vt priuato, nõ p̃t cognoscere. Alle. istã l. iõ si pęnã extorsit, tenet̃ re
stituere, vide ibi, & limita q̃ hic d't Bar. nisi cã eẽt summaria. l. senatuscõsul
to, præalleg. Scd'ò, nisi sponte litigaret, qd' intellige in cã ciuili, in cã autem
criminali non pp fraudẽ fisci. fallit in casu nostro, quẽ vide omnino l. nulli,
C, quorũ appella, non recip. & ibi Bar fm Ang, & tene mẽti, q̃ in isto casu pa
ter tenetur ire ad alium iudicem per tex. in l. lex Cor, j. de iniu. gl. in l, quin-
etiam. de arb. & vide quæ notaui, s. in l. senatuscon. de of. præsi. & vide quod
not, in c, accedens. vt lit. non contest. in c. insinuãnte. & c, causam quæ. de of,
deleg. & in c. postremo. de appel. & Mod, in c. cũ contingat, de foro compet,
† Clau. ¶Famulorum. Fallit in notariis, vt per Bart, in l, si quis fortè. §. si quos
comitum, versi. quęro, quid si aliquis. j. de pœn. cum concor, de quibus ibi,
& probat tex. in c. i, de pœn. lib. 6.
b Iudice delegato. Adde tu, q̃ ista sol. nõ vr̃ vera de iure Cano. quia ex ea se-
queretur, q̃ sicut ordinarius non posset recusari, ita nec delegatus, qd' est
contra c. insinuante. de appella. & c. iudex. de offi, deleg. lib. 6. Et ad materiã
huius l. vide Mar. Soc. in c. cum contingat. extrà, de foro comp. art. 3. in prin.

Alia lectura.

1 *Magister regius quomodo possit cognoscere de familiarib. suis, & eos punire.*
2 *Barones non possunt cognoscere de causa vertente inter ipsos, & eorum subdi-
tos. nec illam delegare.*
3 *Familia vnius ex duobus dominis si delinquit, alius cognoscit, & bona ipsius fa
miliaris diuidentur.*
4 *Pater quando possit esse iudex in causa filij, vel econtra.*
5 *Iudex coniunctus inter coniunctos pari gradu, quis potest esse, secus si dispari.*
6 *Dominus pro iniuria sibi à subdito facta non cognoscit, sed alius dñs, si ibi est.*
7 *Dominorum vnius castri si vnus delinquat, quando alter possit cognoscere.*

a Qui iurisdictioni. a ¶Quæro nunquid filius possit
esse arbiter in cã patris? Dic q̃ sic,
l. quinetiã. j. de arb. Item hic dr̃, Qui iurisdictioni præest, non põt
1 dicere ius cæteris, quos secum hẽt. † Nunquid ergo Magister re-
gius, q venit ad partes aliquas regni, poterit cognoscere de suis
familiarib. delinquentibus? Dic aut quæris, an possit delinquẽtes
in officio punire? & dic q̃ sic. C. de offi. mag. mili. in l. 1. & 2. C. de
sportu. l. 2. aut quæris, an possit suos familiares delinquentes pu-
nire extrà officium, & tunc aut isti familiares ꝯueniuntur coram
isto, & dic q̃ p̃t eos punire. j. de pę. l. si quis fortè. §. si quos. Aut isti
familiares volunt ꝯuenire alios corã eo, & hoc casu non põt co-
gnoscere, arg. huius l. & d. §. item is qui, alle. in gl. hic. & hoc pro-
bat ille §. in 2. rñ. & j. de iniur. l. lex Corne. in princ. Ista autẽ lex sic
summatur non debet quis esse iudex in cã propria liberorũ, & fa
miliarium. h.d. ¶Habes hic, qd' quis nõ p̃t esse iudex in sua cã. Et
2 istud not. † ꝯ Comites, & Barones, q̃ non p̃nt cognoscere de cã,
quæ vertitur inter eos, & eorum subditos. Sed nũquid saltẽ cãm
alicui poterunt ꝯmittere? Vr̃ q̃ sic, hr̃ in vsib. feu. in tit. an apud eũ
iud. vel cũri. dom. q'õ feu. termi. c. vnico. Contrarium credo, cum
prohibeat̃ de iure ne detur iudex delegatus ille, quem pars petit
dari. ergo multo fortius ipsa pars dari prohibet̃. j. de iud. l. obser-
uandũ. Et pro hoc cuius prohibet̃ postulatio, & eius effectus, vt
C. de pet. bo. subla. l. 1. lib. 10. Et ibi gl. quæ alleg. ꝯcordant. ¶Not.
3 ex ista l. q̃ † si sint duo dñi, & familia vnius delinquat, ipse non
debet cognoscere. Quis ergo? Dic q̃ dñs alius, quia cessat rõ hu-
ius l. in illo. sed nunquid hoc casu si familiaris sit dãnatus ad amis
sionem bonorũ suorum, dominus cuius est familiaris hẽbit par-
tem suã de bonis? Et vr̃ q̃ sic, saltẽ iure retentionis. s. vt retineat di
midiam illorũ bonorũ illius sui familiaris ꝯdemnati, & aliã dimi-
diam hẽbit alter dñs, arg. j. de leg. j. l. ab oĩbus. §. si à Titio. de cõdi,
& demon. l. qui hr̃di. §. fi. per quas hoc dico. Imò iniuriam sibi, &
familiæ suæ factã punire p̃t. extrà, de pœn. in 6. c. Romana. & per
Inn. in c. ex parte. s. alle. ¶Opp. de l. in priuatis. j. de iudi. Sol. ibi in
4 iudice delegato, hic in ordinario. Rõ distinctionis est, † quia de-
legatus fungitur vice delegantis, nec aliquid propriũ hẽt. Secus
in ordinario. l. j. §. qui mãdatam. j. de offi. eius cui manda. est iuris.
Vel dic q̃ rõ est, qa ordinarius recusari non p̃t de iure ciuili, vt C.
eod. tit. l. 4. Licet secus sit de iure cano. extrà de foro compet. c. si
quis ꝯ clericũ. & de appellat. c. cũ spãli. Delegatus aũt p̃t ante lit.
contest. vt C. de iud. l. apertissimi. de lit. contest. aut. offerat̃. iõ sibi
imputet, qa passus est cãm agi coram patre, vel filio iudice dele-
gato, cum possit eum recusare. Et ista est dr̃ia, quam clarè exami-
nat gl. in l. quinetiam. j. de arb. Istud non aperit tex. iste, nec ille. &
iõ sequens sol'o magis vr̃ vera: sed illi, q tenent eã, assignãt rõnẽ.
Et dic prout dixit Ros. in tit. qui p̃nt esse iudices, or. & ibi vide de
hoc. Sequẽs so. vr̃ melior, vt imputet sibi actor q̃ corã eo ꝯuenit
eũ. Op. de l. senatusconsulto. & vide qd' ibi dixi. s. de of. p̃sc. Sol. p̃t
esse iudex vsq; ad lit. cont. si res erat peritura: al's secus, vt hic. Vi-
deo

ADDITIO.

a Paris. Qui iurisdictioni. Octo limitationes ponit Feli. in c. cãm quæ. de off.
dele. & ibi vide Dec. ponentẽ, an ꝓcedat ista rĩa, ẽt nõ opposita exceptiõe.

deo qđ iuris sit de psonis hic in tex. enumeratis, & ĵ. de iniur. l. lex Corne. & tex. vr̃ nõiare quosdã in c. pastoralis. ex, de appel. vr̃ dicere idẽ in oĩb. qui sunt ĵ. illũ gradũ. ĵ. quẽ sibi succedere pñt, qñ
5 ĩter illos prohibeť ius dicere, nisi fortè † actor, & reus essent eiusdẽ gradus, fortè qa sunt duo fratres. Et aduerte, qa notanter dixi, eiusdẽ gradus, qa si eẽnt dispari gradu cognationis, cognoscere nõ posset. Ratio est, qa iudex est medius ĩter partes. C. ad leg. Cor. de fal. l. vbi. Et no. insti. de off. iud. in rub. Constat aũt, qđ medium inter duo extrema positũ est magis ꝯnexum, & fauorabile extremo propinquiori, q̃ remotiori Inst. de rer. diui. §. insula. & de stat. ho. l. q̃ritur. Et iõ nõ esset tũc dare parẽ distantiã inter illa duo extrema, qa iudex, velut mediũ, positus inter illa extrema, est magis ꝯnexus, & fauorabilis extremo propinquiori, q̃ remotiori. ergo sequitur, ꝙ non remouenť suspiciones fraudis, ergo iudicare nõ poterit, vt hac l. Tũc aũt inter illos ius posset dicere, qñ per parẽ distantiã gradus, suspicionẽ remouet. arg. ĵ. de rit. nup. l. nõ solũ. §. de vno. & ex̃, de appel. c. postremo. Ad id aũt, qđ dicit, ꝙ nõ põt
a sibi ius dicere, [a] dic plenè p Doct. C. ne qs in sua cã, l. j. & p Inn. ex̃,
6 de ver. sig. c. ex parte. Sed nunqđ † si dñs castri sit iniuriatus p subditũ suũ, ille poterit cognoscere de tali iniuria, vel an cognoscat ꝯdominus si ibi sit dñs alius cum illo? Dic per Inn. ex̃, de ver. sig. c. ex parte. Et istã q. vidi de facto. Casus vr̃ esse ꝙ non, in auth. de defen. ci. §. si vero egerunt. & ita dñt ibi aliq Doct. ¶ † Quæro circa
7 istam mãm, qđ si sunt duo dñi in eodẽ Castro, & vnus deliqt, ad quẽ deuolueť cognitio? Et vr̃, ꝙ ad superiorẽ solũ cognitio pertinet, quia vbi sunt duo habentes superiorẽ rõne alicuius, in quo hẽañt ius, si vnus perdat partẽ suam, illa pars deuoluit ad superiorem, iõ nõ ad consociũ, sed sic est hic: igiť, &c. Pro quo ĵ. de vsuf. l. dñs. §. per fideicommissum. & infrà quemad. ser. amit. l. aquã. In ꝯrium vr̃ ꝙ ꝯdomino cognitio ꝯpetat, quia ibi ius indiuiduũ cõpetit duob. vno perdẽte, illud ius accrescit alteri ꝯsocio. ĵ. de bo. lib. l. cõi liberto. & de alen. lib. l. vnica. Sed dic, aut iste cõdominus cõmisit delictum, ex quo perdit iurisdõnem ipso iure, vel pp qđ interdicitur statim sibi administratio, tũc ad ꝯdominum spectat cognitio, vt in crimine læsæ maiesta. Aut committitur delictum, pp qđ perdit administrationem suam, snĩa lata, & tũc cognoscit superior, arg. ll. ꝯriarum, quæ sic cõcordantur C. de digni. l. si grauius. & l. quoties. circa med. lib. 12. & facit C. ne lic. po. l. j. in fin. de offi. Rec. prouin. l. 2. & sic concordantur, vbi videtur glo.

ADDITIO.

a Sibi ius dicere. Adde inquantum Ias. hic ponit de episcopo, qui potest cognoscere de causa ecclesiæ suæ. Old. consi. 156.

LEX XI.

1 *Coaceruatio summarum fit vbi vertitur fauor.*
2 *Iudicium iudicis non valentis cognoscere vsq; ad certam summã, valet etiam si pendente iudicio in summa excedit. Idem si summa creuit per inficiationẽ.*
3 *Annuum debitum si petatur pro toto tempore, etiam pro futuro, an fiat coaceruatio ad impediendam iurisdictionem.*
4 *Vna actio, an plures competant pro debito annuo, remissiuè.*

a b Si idem. [a] Non debet fieri coaceruatio [b] pluriũ summarum ex diuersis actionib. debitarum, ad iurisdictionem impediendã. h. d. ¶ Op. de l. si qui separatim. §. j. ĵ. de appel. Sol. ibi debebantur ex vna cã ꝯtinente sub se plures spẽs, vt tutelæ, hic ex diuersis actionib. Ita sol. gl. j. ¶ Item op. de l. si plures. §. pen. & fi. ĵ.
1 de pact. Glo. non soluit. Tu dic, † ꝙ ibi admittitur coaceruatio in fauorem: si hic admitteretur, induceret odiũ, & excluderet oẽm
2 iurisdõnem iudicis. ¶ Sed quæro, † qđ si tpe, quo agiť, res. i. summa, non excedit iurisd. pendente tñ iudicio summa excedit? Rñ.
c ꝙ procedit iudiciũ, vt C. de ap. l. ampliorẽ. in fi. Sed qđ [c] si cã creuit p inficiationẽ partis? Rñ. idẽ, ꝙ iudicium procedit, vt l. itẽ ve-
3 niunt. §. cũ prædixerimus. ĵ. de peti. hæ. ẽm Gul. ¶ † Quæro, qđ si petatur annuum debitũ pro præterito tpe, & pro futuro, ẽm opi. gl. in l. j. C. de fideic. & l. non quemadmodum, infrà de iud. an fiat coaceruatio? Videtur distinguendum ẽm formam l. sancimus. in
4 fi. C. de dona. Vel † aliter distinguendum est, an sit vna actio pro toto tempore, an sint plures, vt ex prædictis patet. Quid autẽ sit, dic vt infrà, de verb. oblig. l. si Stichum. §. stipulatio.

ADDITIONES.

a A. Barb. ¶ Si idem. Idem dicas in coadunatione tẽporum ẽm Ang. hic de q. p eum hic no. per Gul. & bal. in proœ. digest. & per bal. hic in quantitate. arg. gl. fi. in l. vbi fideiussor. ĵ. de sol. Et vide hic Ang. reprobantem bar. in d. l. vbi. no. illud quod dicit bal. si peto centum cum debeam hr̃e 200. an valeat libellus? vide bar. in l. quidam existimauerunt. ĵ. si cer. pet. & in l. in commodato. §. duobus. ĵ. commo. & bald. in l. si mihi & tibi. ĵ. de leg. 1. & eundem in l. 1. de acq. hære. ĵ. & ibi vide Lud. & pondera istud dictum bar. inquantum alleg. l. si qui separatim. quia videtur sentire ibi id, quod hic dicit Ang. licet Ang. reprobet barto. de eo quod dixi in l. vbi. de solu. vide quæ dixi in c. pen. de do. Paris. ¶ Circa materiam coaceruationis vide Alex. in consi. vlt. in prin. in 4. volu. vide etiam Barb. in c. apostolicæ. de donat. An autem fiat coaceruatio delictorum commissorum in alio territorio ad aggrauandũ delictum? vide bar. hic. & eundem in tract. iurisd. in 4. q. vide omnino in materia quomodo fiat coaceruatio condemnationum, qñ quis est condẽnatus in diuersis summis, vide Cæp. consi. 14. in 2. dub. vbi constituit differentiam an sint condemnationes omnes ex eodem delicto, an ex diuersis, vt per eum.

b ¶ Conceruatio. Adde inquantum Alex. hic ponit de cumulatione in libellis. Ro. consi. 240. & 255. & circa dicta Bar. hic vide Alex. consi. 50. & in consi. 113. in 1. volu.

c Poma. ¶ Sed quid. Vide Fel. in c. 2. de proba.

1 om. iud. s. in eo, q est ex territoriũ. Dñt Doctores † & bñ, qđ hoc multis aliis modis potest euenire. s. quod non teneatur comparere citatus: vt si in citatorio, exprimitur cã, ex qua quis ñ tenetur ꝯparere corã illo iudice: puta si esset cã spiritualis, q̃ non debet agitari coram minori iudice seculari: vel causa liberalis, quæ nõ debet agitari corã minori iudice, vt l. placet. in fi. C. de peda. iud. Vel si esset causa, ex qua psona conueniri non posset, munita speciali seu singulari priuilegio, vt patronus actione famosa, vel similes, vel si esset de his qui in ius vocari non possunt, vt l. 2. s. de in ius voc. & j. tit. 2. l. j. & l. seq. & l. 3. in prin. Item si exprimeretur in citatoriis locus aliquis inhonestus, vt l. si cum dies. §. si arbiter. j. de arb. Itẽ si exprimeretur tempus feriatum, vt hac lege in fi. & not. j. d feriis, l. 1. Sed ꝯ hoc vr̃, q̃ multæ sunt causæ quę possunt agitari die feriata, vt j. de fer. l. j. & 2. Item patronus à liberto qñq; potest conueniri actione famosa, vt l. sed si hac. §. pe. s. tit. 1. & sic nõ ẽ certum ex causis prædictis quem non debere comparere, vnde propter dubium videtur q̃ debeat comparere. Rñdeo, ex hac l. in fi. videtur notabiliter induci, q̃ si pars dicatur esse certa, de ea dicatur facta citatio, quod regulariter est de iure, sicut est, q̃ quis non cogatur ire ad iudicium die feriata, & q̃ patronus ñ conueniatur à liberto actione famosa, & similia. Vnde si aliqua causa specialis est propter quam fit contrarium, illud debet specialiter exprimi, & tunc venire tenetur. Et ita intelligit hanc ma-
† teriam Inn. extra, de dila. c. præterea. in fi. † & ibi mirabiliter hãc legem examinat. Facit. j. de prob. l. ab ea parte. & hoc etiam sentit glo. vltima huius l. vbi dicit, q̃ si exprimitur causa quæ potest agitari die feriata, debet illa die comparere. Tertium membrum
2 † est, quando est dubium, an sit de iurisdictione, & tunc debet
b comparere, vt de hoc cognoscat, vt hic. Sed est videndum, [b] qs
3 de hoc cognoscat. † Gl. dicit, & bene qđ ipsemet iudex, qui fecit
c citari, l. si quis ex aliena. j. de iud. vbi est textus. Contra hoc [c] op. gl. hic in prin. quia secundum hoc erit iudex in causa propria, cõtra l. vnicã. C. ne quis in sua causa. & s. de iuris. om. iud. l. qui iurisdictioni. Gl. respondet, quod non est causa propria, quia ex hoc nullum consequeretur emolumentum, ergo &c. vt l. 1. §. in propria. j. quando appel. sit. Secũdum hoc videtur, q̃ si iudex sentiret aliquod commodum, quia deberet habere aliquot solidos pro libra, q̃ tunc de hoc ipse non posset cognoscere, an sit sua iurisdictio. Et ita determinat glo. singul. j. ad Muni. l. de iure. §. j. Roffred. in libellis suis super hoc tit. determinat contrarium. Nã licet per consequentiam habeat commodum istarum sportularum, non tamen principaliter de hoc agitur, sicut in legatario, q potest esse testis in testamento, vt l. qui testamento. j. de testa. sicut in tutore qui authoratur in eo quod in consequentiam sibi prodest, vt in l. j. s. de authoritate tut. Idem etiam tenent Pet. &
d Iac. But. Opi. glo. [d] plus placet de iure. Nam vides, q̃ ratione ali-
e cuius affectionis, [e] licet ad iudicem non spectet aliquod cõmodum nec incommodum, dicitur iudex incompetens: vt si est cõsanguineus, vel fuit aduocatus, vt l. q iurisdictioni. & l. prætor. s. de iurisdi. om. iudi. Et ideo puto, quòd de iure eius non est cognitio: sed deberent eligi abitri, vel deberet superior cognoscere. vt C. de iud. l. fin. Tamen in quibusdam locis de consuetudine hoc non seruatur. & ideo seruarem consuetudinem loci vbi essem.
4 Vides ergo, † quòd iudex cognoscit an sit iudex competens. Quod intelligo quando opponitur aliquid de iurisdictione, qđ non respicit nec suggillat personam iudicis. Si enim opponeretur sibi, quod est furiosus: & sic caret intellectu, ea ratione qua ñ potest cognoscere de principali: eadem ratione nec de ista, vt j. de iudi. l. cum furiosus. Idem puto si diceretur quod est infamis, & simile. Quod quantum ad istum, passim plenè examinaui j.
5 de re iudi. l. quidam consulebant. † Item si opponeretur aliqua exceptio, in qua examinandum veniret aliquid spirituale, vt si conuentus dicat se clericum, quia tunc cognitio huius remittetur ad eũm, vt extra de sent. excom. c. si iudex. lib. 6. & l. omni.
6 C. de sac. san. eccle. Facit quod dixi s. de iurisdi. om. iud. l. 2. † Sed iuxta hoc quæro, hoc habet locum in iudice ordinario, quid in delegato? Rñ. Iudex delegatus qñ citat reum, debet in literis ponere copiam sui rescripti: aliàs reus non tenetur comparere: quia eũ ignorat esse iudicem, vt C. de superindi. l. j. lib. 10. Expressius in d. c. præterea. de dila. Et si opponatur aliquid ꝯ literas delegati, qđ sint impetratę tacita veritate, &c. tũc ipsemet iudex cognoscit ex iurisdictione sibi attributa super hoc per legem, vt c.
† super literis, extra, de rescri. † & C. si ꝯ ius vel vtil. pub. l. præscri-
7 ptione. & plenè p Inn. extra, de rescri. c. pastoralis. ¶ † Procedo in gl. & quæro, quid si non fuit aliquid oppositum ꝯ iurisdictionem iudicis, & processit, & sententiauit, an valeat? Glo. dicit, qđ sic: nec potest opponi qđ non sit competens iudex: quia de partium voluntate vr̃ iurisdictio prorogata, vt l. 1. j. de iudi. Ita dicit glo. circa med. vide eam. Hoc dictũ gl. debet intelligi, qñ partes comparent: & sciunt illum nõ esse iudicẽ. Nã si ignorauerint, nõ vr̃ esse ꝓrogata iurisdõ, vt l. si p errorẽ. s. de iurisd. om. iud. Idem si dubitauerint, vt l. fi. C. de ꝓdi. ideb. & qđ no. j. de iur. & fac. ign. super rub. Et hoc tenet Iac. de Are. & Iac. But. & Iac. de Belui. nisi esset pronunciatum super iurisdõne, qa iudex pronunciauit se esse iudicẽ ꝯpetentem: tunc talis sñia faceret ius, nec posset po-
8 stea disputari de errore, vel dubietate partiũ. † Sed q̃ro, qđ si processum est ꝯ contumacẽ, eo casu quo pt̃ pueniri ad diffinitiuam sñiam lite non ꝯtestata: vel ad primũ: vel ad sm̃ decretũ? Rñdeo, si iudex anteq̃ ꝓcedat vltrà ꝯ partem ꝯtumacẽ, pronunciat se esse iudicẽ ꝯpetentẽ: cętera illius iudicij procedent, qa illa sñia diffinitiua facit ius, vt dixi s. prox. qõ. Sed si hoc non pronunciaret: qñcunq; pars veniens posset dicere illũ nõ eẽ suũ iudicẽ: & illa q̃ facta sunt, non valere: potissimè si latitatio requiratur, vt l. 3. j. de iudi. Et hoc vr̃ sentire Inno. in d. c. pterea. ver. idẽ dicimus. ex. de dilat. dic vt ibi plenè p eũ. Quærit glo. qñ opponitur exceptio
9 suspitionis, qs de ea cognoscit? Dic vt in ea, & bene. ¶ † Quæro, aliquis Florentinus citatur hic, ꝓ ꝯtu vel delicto hic celebrato, ipse excipit, dicẽs se non dr̃e citari, & se nõ esse huius iuridõnis, qa hic nunq̃ ꝯxit, vel deliqit, qualr̃ de hoc cognoscet? Nam si hoc examinatur añ litem ꝯtest. ergo examinabunt merita cãæ, qa de hoc solum q̃rit, an hic deliquerit vel ꝯxerit. Inn. vr̃ dicere, qđ de hoc añ litem ꝯte. summariè cognoscat. Pro quo facit optimè j. de iud. l. 2. §. sed & si dubitetur. Gul. aliter dicit hic, quę Cy. refert in l. præscriptione. C. si ꝯ ius vl' vtil. pub. Ego dico alr̃, qđ sup hoc nulla est necessaria cognitio. Nam quantũ ad iurisdõnẽ iudicis,
f hoc qđ petitur, hr̃ pro vero. [f] Nec est vltra procedendũ. si sit verũ vel ñ, qa sufficit quantũ ad hoc, s. vt sup quo litigat, si esset verũ, esset de iurisdõne iudicis, vt s. de iurisdi. om. iud. l. cum q̃dam puella. in fi. Simile in seruo, q dicit se liberũ: nam eo ipso qđ hoc dicit, hr̃ pro libero, quantũ ad suã psonã legitimãdũ: vt j. de lib. cau. l. ordinata. & ibi de hoc vide. Ita hic eo ipso qđ dr̃ aliquid in libello, qđ sit de iurisdõne iudicis: quantũ ad iurisdõnem iudicis
10 hr̃ pro vero. † Quæro vtrum à sententia qua quis pronunciauit se esse iudicem, vel non esse possit appellari? glo. est hic q̃ sic, & auth. habita. C. ne filius pro pr̃e. quod est verũ, quia p appellationem à diffinitiua ꝯ istam ꝓnunciationẽ nõ põt esse consultũ: ergo ab ea appellatur, vt j. qui satisd. cog. l. arbitro. Licet supra in prin.

ADDITIONES.

a Paris. ¶ Non tenebatur. Si n. intentio iudicis non est fundata de iure cõi, vl' nõ exponit causam, per quam citati intentio fundet, non tenet cõparere. Vide Com. cons. 77. in prin. facit qđ dicit Ang. in cons. 6. inci. lata est sñia. ẽt Fel. in c. cũ sit gñale. circa prin. de fo. compe. nõ tñ perperã per citationem tenetur qs comparere, sm̃ Bal. in c. 1. in prin. an apud iudi. vel cur. do. quæstio, feu. termi. debe. Quòd ãt citatus semp debeat comparere, ẽt si sit priuilegiatus, ad allegandũ priuilegiũ suũ? vide multa per Fel. in c. cũ ordinem. versi. ad allegandũ. extra, de rescrip. vide ẽt Fel. in c. olim. in prin. extra, de except. vbi ponit, an tut' notoria except. declinatoria, dẽat cõparere: & qñ citatio ẽ notoriè iusta, vide Fel. in c. si duob. extra, de appel. Itẽ circa illud qđ dcm̃ est s. & quod dicit Bar. paulò j. qđ qñ regl'r citatio non valet, non tenet citatus cõparere: licet aliquo casu spãli possit citari, nisi aliqs ex ipsis casibus spãlibus exprimat. Vide Fel. in c. 1. extra, de re iud. & in c. sicut. 1. extra. eo. tit. & qđ casus spãlis seu fallentia sit exprimẽda, vide Mathe. no. 17. & alia q̃ hẽs in prin. h' apostillæ, & oĩno vide quæ in sin̄ scripsi ad Bar. in l. absentẽ. ad fi. prin. C. de app. qñ appellatio est regulariter ꝓhibita, qđ appellans teneat exprimere cãs spãles, ex qbus fiet licita appellatio: & ibi hẽs aliã remissionẽ ad Fel. Itẽ qũo cõcedit istud, qđ citatus debeat semper cõparere, ad allegandũ semp suũ priuilegium: & qd in clerico: vide longã dist. Aegidij de manda. ĩ. 1. qõ. sua, incip. in Christi, qõ talis est. ĩ 1. dub. vbi disputat latè ad partes: postea latè distinguit, & colligit ẽt Aegidius ibi, qđ si clericus citatus à laico iudice nõ cõpareat, possit cõtra eũ ꝓcedi ad bãnũ: ita vt tanq̃ bannitus possit postea impune offendi sm̃ formã statutorum quod banniti offendi pñt. Itẽ q̃ qñ citatio esset notoriè iniusta, ñ teneatur comparere: vide Fel. in c. veniens. extra, de accusatio. & ibi etiam ad finem, ponit an clericus citatus à iudice laico teneatur comparere.

† Claud ¶ Pręterea. in fi. Vde ad huius confirmationem Fel. in c. super literis. de rescrip. & plura ponit in c. 1. de re iudi.

b Paris. ¶ Sed est videndũ. De hoc vide latissimè Fel. in c. super literis. versi. an sua sit iurisdictio. extra, de rescrip. vide Mar. Soc. in c. si cleric' laicũ. de foro cõpet. Itẽ, quod ẽt qñ iurisdictio nõ potest separari à causa principali, non possit iudex cognoscree an sua sit iurisdictio: vide Ale. cons. 2. 5. vol.

c Poma. ¶ Contra hoc. Vide Dec. l. si quis ex aliena. ver. respõdet ad hæc fundamenta, j. de iudic.

d Paris. ¶ Opi. gl. De iure qualr̃ ista d'cisio sit ĩtelligẽda: vide do. Frã. cõ. 207.

e Affectionis. Adde pro hoc qđ voluit Ro. cõsi. 382. qđ cedẽs ñ possit esse testis ꝓ cessionario rõne affectionis: licet nullum penitus cõmodũ sentiat.

† Claud. ¶ Rescrip. Et vide ibi Pan. ad materiam huius legis.

f Paris. ¶ Pro vero. Vide Fel. in c. si clericus laicum. de foro compe. vers. 1. cõclusio. Alex. consi. 79. vol. 1. Ias. in l. cum quædam puella. §. fin. in 2. not. de iurisd. om. iud. vbi tenet contra Bar. hic: vide eum ẽt, & Alex. consi. 1. & eodẽ modo, q̃ ad dandum actionem & instantiam attenditur quod narratur in petitione, licet verum non esset. vide Bart. in l. 1. in prin. j. de dolo.

in prin.legis dixi, ꝙ notabilia per se patẽt, tñ pro iuuenibus nota
11 ex hac lege. Primò † ꝙ citatus ex quacunq; cã, debet cõparere,
12 vt cognoscat̃ an sit de iurisdictione iudicis, vel nõ. Scdò no. † ꝙ
13 illi, qui non ꝯparent, mulctant̃, vt hic vides. Item not. † ꝙ parcit̃
rusticitati. Itẽ not. ꝙ qñ non interest actoris vt reus ꝯpareat, reus
14 non veniens non est ꝯtumax. † Venio ad versi. si quis. Dr̃ hic, ꝙ
reus non punit̃, si actoris nõ interest eũ venire. Contrà, qa in pœ
nis non ꝯsideratur interesse. vt l. stipulatio ista. §. alteri. j. de verb.
obl. Dicit gl. ibi in pœna ꝯuentionali, hic in mulcta, q̃ à p̃tore im
ponitur. Gl. optimè dicit, qa ẽt in pœnis ꝯuentionalibus apposi-
tis in stipulationibus p̃toriis, videmus qđ p̃tor qñq; se interpo-
nit vt non ꝯmittatur, si non interest, siue vr̃ remittat qñ pars non
lædit̃, vt l. & si post tres. j. si qs cautio. Item gl. arguit ꝯ. j. de eo per
quẽ fac. erit. l. 1. §. 1. Certè ille. §. non ꝯdicit l. 3. §. 1. eo. ti. q incipit,
sed & si stipulator. Dicit gl. ꝙ hic dr̃, si actoris non interest, intelli
ge si dies est feriata, vt dicit hic tex. vel si iudex nõ sedet in die ter
mini, vt j. de arb. l. arbiter si calendis. Secus si actor non venit ad
iudicium, vt ibi. Tu dicas idẽ, si venerit, p rõnem huius tex. q lo-
quitur gñaliter, si actoris nõ interest: & qa pars dẽt instare, & ad-
uersarij ꝯtumaciam accusare. vt l. properandũ. C. de iud. & quia
actore non ꝯparente, dẽt circunduci edictũ, vt j. de iudi. & l. post
edictũ. ita cõiter tenet̃. Ad l. ꝯriam rñde, vt ibi dicã. Facit ad præ-
a dicta qđ not. per gl. ex̃, de do. & contu. c. fi. Quærit gl.[a] quid si ali-
15 quis † citatur die feriata, pro eo qđ põt expediri die feriata? Di-
cit gl. qđ dẽt ire, quod intellige si exprimatur in citatione, vt dixi
16 in 1. oppo. huius l. fm Inno. † Quæro ex̃ gl. dicit hic qđ vocatus
in ius, si non venerit, mulctabit̃. Modo quero quo iure? Roffred.
in libellis suis super hoc titulo, dicit, ꝙ actione in factum descen
dente ex hoc edicto. Credo qđ malè dicat. Nam mulcta, quæ im
ponitur per hanc legem, applicatur fisco, vt hic dicit gl. Ergo ad
hoc non ꝯpetit actio, quia actio, est ius persequẽdi qđ sibi debe-
tur, non qđ debetur fisco. Ista esset magis accusatio, q̃ actio. Præ-
terea hæc verba diriguntur ad iudicem, non ad partẽ, ergo non
oritur actio, fm ea quæ dixi j. de condi. ex lege. l. 1. Dic ergo, qđ
† hæc mulcta imponitur officio iudicis, † ex hoc edicto. vt l. 1. s̃. si
quis ius di. non obtemp. Et sic Io. non debuit ponere circulum
b huius actionis in arbore, cum illa nõ sit actio. Sed q̃ro,[b] † & hoc
17 not.[c] vtrũ eo ipso, ꝙ pars citata non ꝯparuit, & fuit contumax,
c possit à iudice mulctari absq; noua citatione? Rñ. non, sed super
hoc dẽt de nouo citari, & terminus statui ad faciẽdum suã excu-
sationẽ seu defensionẽ. Et de hoc est casus hic in tex. ex eo qđ di
cit, ex cã: requirit̃ em̃ noua cognitio. Itẽ dat̃ terminus ad facien-
dum suã defensionẽ: in eo qđ dicit, rusticitati parcendũ, vel inq-
18 rendũ esse, si actoris interfuit, qđ tene mẽti. † Quæro, video, qđ
rõne dubitationis iudex est ꝯpetens; vt non ꝯparentẽ possit mul
ctare, vtrũ super hoc formabit vnũ nouũ processum ordinariè?
Rñdeo si iponeret mulctã leuẽ, posset hoc expediri summariè:
vt in auth. nisi breues. C. de sentẽ. ex breui. reci. Si aũt est magna,
19 tunc cã cognita, & solenniter: vt in hac l. Sed † quid si iudicauit,
seu condẽnauit, an possit facere executionem? Gl. dicit qđ non:
sed est remittendus ad iudicem loci: vñ est. Quod intellige, si hic
non reperitur: vel si nihil possideat in loco iudicis, q cognouit.
† Aliàs secus, vt extra de foro compe. c. Romana. §. ꝯhentes. † lib.
6. Et hoc modo intellige hanc legem notabilem in sua materia.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Quærit gl. in c. fi. dicit id qđ dicit ista gl. Et ad hoc istum tex. allega nit Bal. ibi rñdet ad istũ tex. ego dixi cõtra Bal. per istũ tex. dum dicit, ꝙ nõ interest actoris. Nã licet hic dicat̃, ꝙ dies erat feriata: tñ ratio quare mouebat̃, hẽt locũ, ẽt si iudex non venit ad iudiciũ, & ponitur hic die feriata, grã exẽpli, ideo nõ restringit regulã. Et vide scriben. in c. 2. de do. & contu.

† Claud. ¶ Iudicis. Ita etiam dicit Pan. in c. 1. de iudi. versi. no. iudicem posse.

b Paris. ¶ Sed quæro. Vide Fel. in c. 1. de iudi. vbi limitat.

c Barb. ¶ Hoc no. Vide Ant. & alios in c. 1. de iud. Vide ibi dicta, & pondera: qa vr̃, ꝙ iudex ex suo officio possit condẽnare, licet nõ puniat̃ in expẽsis, vt est gl. no. in l. si qs missum. de dam. infe. & l. qa arbiter. j. de arbi. Ergo vr̃ esse qđ intrinsecum ad causam, condẽnatio in expensis. arg. eius quod no. Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. de verb. obli. & in l. exceptionẽ. C. de probat. Bal. in l. si pater. C. de pact. inter emp. & vend. Ergo non requiritur citatio, per doctrinam Bar. in d. l. 3. §. si ad diem. Vide quæ dixi in d. c. 1. de iudi.

† Claud. ¶ §. Contrahentes. Vide Bal. in c. significasti. de offic. deleg.

REPETITIO.

8 *Citatus ad locum inhonestum, non tenetur comparere.*
9 *Exemptus, citatus ab ordinario, quando necesse habeat comparere.*
10 *Citatio si continet tale quid, propter quod appareat citato competere excusationem, vel exceptionem, tunc citatus non tenetur comparere.*
11 *Clericus citatus à laico, non tenetur comparere.*
12 *Testis de vniuersitate deponens in causa vniuersitatis, si interrogatus an sentiat commodum, respondit, non, quòd non est falsarius,*
13 *Iudex qui pronunciauit super competentia, vel incompetentia, an possit illam reuocare.*
Et an à tali sententia possit appellari. nu. 14.
15 *Interlocutoriam latam super dilatoria, iudex post litem contesta. reuocare poterit, & acta facta non pereunt.*
16 *Falsitatis literarum exceptio contra literas delegatorias opposita, quando faciat processum nullum.*
17 *Iudex per processum ad vlteriora opposita exceptione declinatoria, quando videatur se pronunciare incompetentem.*
18 *Processus factus coram incompetenti per errorem, an valeat.*
19 *Exceptio declinatoria an possit semper opponi vsque ad litis contestationem.*
20 *Exceptio declinatoria in causis, in quibus lis non contestatur, vsque ad quantũ tempus possit obijci.*
21 *Reus si opponit se non contraxisse, nec deliquisse in territorio, an detur terminus reo ad probandum, & iudex cognoscat summatim.*
Probationes factæ tali casu non prosunt super negotio principali.
22 *Notorium inductum per sententiam, non habet effectum notorij, nisi quando inducitur ad eum finem, ad quem fuit sententiatum.*
23 *Probationes quæ factæ sunt super emergenti, non probant, etiam inter easdem personas, si ad alium finem agitur.*
24 *Priuilegij allegatio in extraiudicialibus nihil operatur.*
25 *Priuilegiatus citatus non comparens potest mulctari.*
Et nunquid delegatus teneatur interserere literas delegatorias. nu. 26.
27 *Citatio ad diem feriatam debet continere causam, per quam appareat de necessitate comparendi.*
28 *Exceptio loci non tuti allegatur per citatum, etiam lite non contest.*
29 *Exceptione suspicionis opposita an iudex de ea cognoscat.*
30 *Ordinarius etiam de iure ciuili recusatur, si suspicio etiã ratione adiuncti perfectè non cessat.*

a EX QUACUNQUE.[a] Ista lex in prin. ad hoc allegatur. Iudi
cis mandato parendũ est. h. d. Primò
ponit vnum dictum. Secundò dicti effectũ demõstrat, & causam
assignat. Scda ibi, vt hoc ipsum sciatur. In glo. sciatur. ibi, & tunc
venire, & sic citatio tenet, al's secus si nõ tenet ipso iure, vel rõne
loci, ad quẽ citatur. Glo. in 2. membro suæ distinctionis dat exẽ-
1 plum per l. fi. s̃. de iurisd. om. iud. Doctores dñt, † & bene, ꝙ hoc
põt ꝯtingere multis modis, puta si in citatione exprimatur cã, ex
qua quis nõ tenet̃ rñdere sub illo iudice, vt si esset cã spiritualis,
quæ non dẽt agitari corã iudice sæculari. Vel si esset cã liberalis,
quæ nõ dẽt agitari corã iudice minori. vt l. placet. in fi. C. de ped.
iu. Vel si esset causa, vel actio, ex qua aliqua psona sui priuilegio
conueniri non posset, vt patronus actione famosa, & simi. Vel si
esset de his, qui in ius vocari nõ possunt. l. 2. de in ius vocan. & j.
ti. 2. l. 1. §. fi. & l. 3. in prin. Idem si exprimeretur in citatorio locus
inhonestus. vt j. de arbi. l. si cum dies. §. si arbiter. Idem si exprime
retur tp̃s feriatum, vt hac l. in fi. & j. de feriis. l. 1. Sed ꝯ hoc multæ
sunt causæ, quæ pñt agitari die feriato. vt l. 2. j. de feriis. Item pa-
tronus qñque à liberto põt conueniri actione famosa. vt l. sed si
hac. §. pen. s̃. tit. 1. Dictum est ex causis prædictis, quem nõ dr̃ rñ-
dere, imò pp dubium vr̃, ꝙ debeat comparere. Rñdeo, ex hoc vr̃
induci qđ satis est qđ pars dicatur esse certa eo, ꝙ regulariter de
iure sic est, vt qđ quis non cogatur venire ad iudicium die feria-
to, qđ patronus nõ conueniatur a liberto actione famosa. vnde
si aliqua causa specialis est, pp quam ꝯrium sit, istud debeat spe-
cialiter exprimi, & tũc venire teneatur. Ita intelligit istam mate-
riam Inn. extra, de dila. c. p̃terea, circa fi. vbi mirabiliter examinat
istam legem. hoc ẽt sentit glo. fi. huius legis, vbi dr̃, ꝙ si exprimi-
tur causa, quæ potest agi die feriato, debet illo die comparere.
2 † Tertium membrum est, qñ est dubium, an sit de iurisdictione,
b & debet ꝯparere, vt de hoc cognoscatur. vt hic.[b] Sed quis de † eo
3 cognoscet? Dicit gl. & bene, ꝙ iudex qui fecit citari, per l. si quis
ex aliena. j. de iudic. Contra hoc oppo. gl. in prin. qa fm hoc erit
iudex in causa propria. ꝯ l. 1. ne qs in sua cã. & l. qui iurisdictioni.
s̃. de iurisdict. omn. iudi. Dicunt glo. ꝙ non põt esse propria, quia
nullum habet ex hoc emolumentum. l. 1. §. in propria. j. quando
appel. sit. Secundum hoc videt̃, ꝙ si iudex sentiret commodum,
quia debet habere forte 10. solidos pro libra, ꝙ tunc non posset
cognoscere. Ita tenet gl. fi. in l. de iure. ad muni. & Roffre. in libel
lis suis per hunc tit. dicit, ꝙ licet per ꝯsequentiam habeat cõmo-
dum sportularum, non tñ principaliter de hoc agitur, sicut in le-
gatario, qui potest esse testis in testamento. l. qui testamento. de
testa. & sicut in tutore, qui authoratur in eo, quod in consequẽ-
tiam sibi prodest. l. 1. de autho. tut. Et allegat prædictam legem.
Idem ẽt tenent Iac. But. & Pet. Et opi. gl. plus placet de iure. Nam
video ꝙ ratione alicuius affectionis, licet ad iudicem nõ spectet
commodum, dicitur incompetens, vt si est consanguineus, vel
fuit aduocatus, vt l. qui iurisdictioni. & l. prætor. s̃. de iurisdi. om.
iudi. Et ideo credo, ꝙ de iure non est eius cognitio, sed deberet
eligi arbiter, vel superior cognoscere, vt l. vlti. C. de iudi. Tamen
in quibusdam locis de consuetudine non seruatur, ideo serua
consue-

ADDITIONES.

a Io. Fr. Ruer. ¶ Ex quacunque. Adde quod ista secunda lect. l. ex quacunque, versi. cõiter tenetur, ꝙ non sit Bartoli, nec est inserta in antiquis lecturis.

b Claud. ¶ Cognoscat̃, vt hic. Et si nõ cõpareat, mulctabit̃, licet postea ex interuallo cõpareat, q̃uis videat̃ nõ arctasse citatũ: & tũc postq̃ hoc cõstat, punit̃. ita pbat tex. in c. veniẽs. & ibi ad hoc not. Pan. & alij Mod. de accus.

* conſuetudinē.† Sequitur in gl. venire dēt, & tunc iudex cognoſcit, an ſit iudex ꝯpetens, qđ intellige qñ oppo. aliquid ad iuriſdictionem, qđ nō reſpicit, nec ſuggillat pſonam iudicis. Si.n. opponeret ſibi, ꝙ eſſet furioſus, & ꝙ eſt infamis, & ſimilia, qđ q̃tum ad iſtū paſſum examinaui in l. quidā ꝯſulebant. ꝟ. de re iudi. Itē ſi opponeret aliqua exceptio, in qua examinandū veniret aliqđ ſpirituale, vel ſi ꝯuentus dicat ſe clericū: tunc cognitio remittitur ad epm, ex. de ſen. excom. c. ſi iudex laicus. lib. 6. C. de ſacroſan. eccl.
5 l. omni. Facit qđ dixi de iuriſd. omn. iudi. l. 2.† Sed iuxta hoc q̃ro, qđ ſi non fuit aliqđ oppoſitū ꝯ iuriſdictionē iudicis, & proceſſit & ſententiauit, an valeat? Gl. dicit ꝙ ſic. nec pōt opponi ꝙ nō ſit iudex ꝯpetens, qa de partiū voluntate vř prorogata iuriſdictio. l.
a 1. de iud. Ita dicit gl.[a] Debet intelligi, qñ partes ꝯparuerunt, & ſciuerunt illū non eſſe iudicē. Nā ſi ignorauerūt, non vř prorogata iuriſdictio. vt l. fi. C. de condi. inde. & qđ not. ꝟ. de iur. & facti ign. ſuper rub. Et hoc tenent Iac. de Are. & Iac. But. niſi eſſet pronunciatū ſup iuriſdictione, qa iudex ꝓnunciaſſet ſe eſſe iudicē ꝯpetētem, tūc talis ſnīa faceret ius, nec poſſet poſtea diſputari de erro-
6 re, vel diſputatione partiū.† Sed q̃ro qđ ſi proceſſit ꝯ ꝯtumacē, eo caſu quo pōt perueniri ad ſnīam lite non ꝯteſtata, vel ad primū
b & ſm decretū?[b] Rñdeo, ſi iudex antequā ꝓcedat vltra ꝯ partē cōtumacē, pronunciat ſe iudicē ꝯpetentē, cætera illius iudicij procedent: ſed ſi hoc nō ꝓnunciaret, qñcunq; pars veniens, poſſet dicere illū non eſſe iudicē ſuū, & illa q̄ facta ſunt non valere, maximè ſi latitatio regrat. vt l. 3. ꝟ. de iudi. Et hoc vř ſentire Inn. in c.
7 ꝑterea. ex. de dila.† Quæro, aliqs Floretinus citat hic pp ꝯctum, vel delictū hic celebratū, ipſe excipit, dicens ſe non eſſe huius iuriſdictionis, qa hic nunq̃ ꝯxit, vel deliqt, qualiter de hoc cognoſcetur? Nam ſi hoc examinat ante litē ꝯteſta. ergo examinabunt merita cāæ, qa ſolū de hoc ꝯtendit, an hic deliquerit vel ꝯxerit. Inn. vř dicere, ꝙ ante litē conteſt. ſummariè cognoſcat. Pro hoc facit ꝟ. de iud. l. 2. §. ſed & ſi dubitet. Hic Gul. aliter dicit, quē Cyn. refert i l. pſcriptione. C. ſi ꝯ ius vel vti. publ. & ibi dixi in 3. q. Ego dico aliter, ꝙ ſup hoc nulla eſt neceſſaria cognitio. Nam quantū ad iuriſdictionē iudicis, hoc qđ petit, hř pro vero. Nec eſt vltra procedendū ſit verū, vel nō: ſufficit. n. quantū ad hoc, qđ iſtud ſuper quo litigat, ſit verū ꝙ ſit de iuriſdictione iudicis. Sic in l. cum q̃dam puella. in fi. de iuriſdi. om. iudi. Sic eſt in ſeruo, q dicit ſe liberū. Nam eo ipſo qđ dicit, q̃tum ad legitimandā pſonā ſuā, hř ꝓ libero. vt l. ordinata. ꝟ. de liber. cā. Ita hic eo ipſo ꝙ dicit aliqđ, qđ ſit de iuriſdictione iudicis, q̃tū ad iuriſdictionē habet ꝓ vero.
8 ¶† Sequit in gl. vel qa locus eſt inhoneſtus. vt ꝟ. de arbi. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. Vel rōne tpis, ēt in qđ actio partis cōis ꝯfertur. ꝟ. ead. l. §. fi. & l. 1. ꝟ. de feriis. Vel rōne perſonæ citatæ. vt ꝟ. de in ius voc. l. 2. Vel rōne pſonæ actoris. vt l. quāuis. 2. rñ. eo. tit. & ꝟ. ne qs eū. l. 1. §. Offilius. Vide gl. Decretaliū, q̃ ita not. in c. veniens. de accuſ. in gl. vlt. & 3. q. 2. ſi eps. vbi gl. eſt magiſtra. Qđ ſubtiliter proſequit Inn. ex. de dilat. c. ꝑterea. & ibi recurratis.† Sequit in gl. vt
9 hic. & ꝑ hoc vř, ꝙ ſi exemptus citat ab ordinario, ꝙ ipſe hēt neceſſe ꝯparere ad allegandū ſuū priuilegium. Quod eſt verū, ſi dubitat an ſit exēptus. Sed ſi hoc eſſet notoriū, & ꝯſtaret iudici per oſtenſionē priuilegiorū exemptionis, ex tunc nō tenet vlterius ꝯparere ſm Inn. q hoc notat ex, de verb. ſigni. c. ex parte. Et hoc intelligendū eſt in exēpto ipſo iure, vt no. in c. cum pſonæ. ex. de priuile. lib. 6. Secus aūt eſt in nō exēpto, dato qđ hēt exceptionē declinatoriā fori, vel iudicis: nā antequā dicta exceptio obiiciatur, iuriſdictio iudicis in nullo eſt eliſa, ſed liberè pōt eam exercere. Exemplū pōt poni in authētica, habita. C. ne filius pro patre.
10 Inn. tñ dicit, † qđ ſi in citatorio exprimit tale qđ pp qđ apparet exceptionē ſeu excuſationē ꝯpetere, tunc citatus non tenet ꝯparere, vt extrà, de dila. c. ꝑterea. & ibi ipſe not. Et facit ad iſtud ꝟ. de pec. l. eo tpe. in prin. & iud. ſolui. l. vir bonus. Tñ intelligo dictum Inno. vbi citatio ex tali exceptione redderet nulla, qđ non eſt in caſu ꝑdicto, cum citat ille q̄ pōt: qa donec ꝯpareat corā iudice, & dicat ſe declinare, ius declinādi nullū hēt effectū. Et hoc apparet ex d. auth. cum ſimili. Et de hoc tangit ꝑ Cyn. C. de epiſ. & cler. l. ꝯgaliter. ¶ Iuxta hoc q̃ro de bona qōne, & tota die ꝯtingit, qđ iu-
11 dices laici citāt clericos.† Quæro nunqđ citatio facta ꝑ laicum de clerico teneat rōne dubij. & vtrū teneat ꝯparere vel non? Vna gl. dicit qđ iſta citatio non hēat arctare iſtū, q in veritate eſt clericus. Rō pōt eſſe, qa ſi iſte ꝯpareret, & cognoſceret vtrū iſte eſſet clericus vel laicus, ille iudex non poſſet de hoc pronunciare, vt extrà, de ſen. excom. c. ſi iudex. lib. 6. Hanc partē tenet gl. 15. q. 4. placita ſæcularia. In ꝯrium eſt gl. ordinaria 23. q. 8. ꝯuenior. Pro prima parte facit C. de epiſ. & cle. auth. ſtatuimus. & illa pars approbatur à Canoniſtis. Sequit in glo. Nam ipſe nō agit, ergo vbi iudex ꝓcederet ex mero officio, & obiiceret ei iſta exceptio, vř ꝑ iſtā rōnem, qđ ipſe non poſſet cognoſcere, qa eſt tanq̃ pars. Pro hoc facit qđ not. in c. ſtatutū. §. 1. in vlti. glo. extra, de reſcrip. lib. 6. Sed in ꝯrium eſt veritas: quia iudex ingrens hēt in ſe repræſentationē duarū perſonarū, partis & iudicis. Itaq; ex ea parte, in qua repræſentat merā iudicis perſonā, pt cognoſcere. arg. C. de contrah. emp. l. cū ipſe. Itē qa cū iſta qō eſt emergens, ergo idem hēt cognoſcere, q eſt cogniturus de cā principali. vt C. de iudi. l. quoties. Nā idē ꝓceſſus nō eſt in plures iudices diuidēdus. vt l. 1. C. de offi. conſul. & l. 1. C. de ſportulis. & C. de iudi. l. nulli. Sequit in gl. §. in ꝓpria. imò vř hře rōnem ſportularū, vt in Auth. de iud. §. ſi qs aūt. verſi. ne autē circa hoc labor. Et vř hoc ſentire gl. ꝟ. ad munic. l. de iure. in fi. gl. q̄ ibi eſt ſingularis. Sed veritas eſt, ꝙ rōne ꝯmodi cauſa nō dř eſſe ꝓpria iudicis, qa primò principalř cōmodū nō refert ad iudicē, ſed ad partē, qa non hēt ſportulas eo ipſo qđ iudex, itaq; ꝯmodum nō ꝓcedit ex iſta ꝓnunciatione immediatè, ſed mediātē ꝓceſſu ſubſequuto, cū ſportulę ꝑſtent in ꝯteſ. lit. & in fi. cāæ, vt d. §. ne aūt. Quod tangit Cy. ꝟ. pl. primā. de auth. tut. & Inſt. de act. §. tripli. in gl. & ꝟ. de teſta. l. q teſtō. in prin. Et per
12 hoc ego † dicebā, qđ ſi teſtis deponēs in cā ſuæ vniuerſitatis interrogat, an ad eundē ptineat ꝯmodū vel nō, rñdendo nō: qđ nō intelligit falſum deponere, ſi in eū redundet ꝯmodum, vel incōmodū ꝑ indirectū. Vel pt dici, ꝙ aut tale ꝯmodum repellebat eū à teſtimonio, & tūc doloſè, & ad hoc vt ſuū dictū hřet effectum, intelligit ita dixiſſe. Aut nō repellebat eū à teſtimonio, & ꝓcedit qđ dixi, qa interrogatio iſta dēt intelligi de ꝯmodo, vel incōmodo, qđ repellit eū à teſtimonio, & nō de alio. Ideo. n. interrogat,
13 vt videat ſi eſt idoneus, vel idiota, vt ex. de teſti. c. cū cām.† Sequtur in gl. ſe iudicē eſſe, vel non eſſe. Nā videbat, qđ pronunciatio hæc valeret, qa ſi nō eſt iudex, ergo non pt ꝓnunciare. vt l. fi. ꝟ. de iuriſdi. omn. iud. Sed dic qđ in hoc eſt iudex, licet nō in negotio. Sed nunqđ iſtā interlocutoriam iudex poſſet reuocare? Dicebat Iac. de Ra. qđ nō. Nā aut iudex pronūciat ſe nō eſſe iudicē, & tūc eā non pōt reuocare, cū ſit functus officio ſuo, & ſic deſiit eſſe iudex. Aut iudex ꝓnunciat ſe iudicē, & ſimilř ēt non poſſit reuocare: nā ēt tunc ſi reuocaret iſtā pronunciationē, abdicaret à ſe iuriſdictionem. Quod non pt facere niſi in manibus ſuperiorū, vt ꝟ. de offi. præſi. l. legatus. Pet. tenet ꝯ, dicens, qđ ſi pronūciat ſe iudicē, & tunc ſi vult eam reuocare, pōt ſicut quālibet aliā interlocutoriā. Secus aūt ſi pronunciet ſe nō iudicē, qa tunc nō pōt reuocare, ſi vult. Idem tenet hic Cy. de illo, videlicet qñ pronūciat ſe nō eſſe iudicē, vř qđ non pōt reuocare. In iudice delegato, eſt caſus extrà, de offi. deleg. c. ſignificantibus. In executoribus gratiarum, eſt caſus in c. dilectus. ex. de præb. In ordinario dicit, Ego dubito, qa ꝑ iſtā pronunciationē non deſinit eſſe ordinarius, iō ego credo, ꝙ ſi iuriſdictio ſibi ꝯpetit in veritate, qđ ipſe pt reuocare. In delegato ideo nō pōt reuocare, qa per iſtā pronūciationem finitur iuriſdō, ergo nunq̃ talis interlocutio pt reuocari vt extrà, de offi. deleg. c. ſi iudex. lib. 6. Si aūt iudex pronunciat ſe iudicē eſſe, dico qđ benè pt reuocare iſtā interlocutoriā. Nō obſt. l. legatus, qa per hoc nō abdicat à ſe iuriſdictionē. Nā non ſequit, ſi iudex reuocat interlocutoriā, ergo interloquit totum ꝯrium. Imò erit neceſſe qđ pronunciet poſtea ſe non iudicē, vt dicatur non hře iuriſdōnem: & ſi ꝯ hoc opponendo dicat, ergo pronunciando abdicat à ſe iuriſdōnem. Concedo qđ pōt ꝓnunciando,
14 licet nō reuocādo, vt d. l. legatus.† Iuxta hoc q̃ro, vtrū ab hmōi ſnīa poſſit appellari, Cy. format hanc q. hic, & determinat qđ ſic: & alleg. gl. quæ eſt in auth. habita. C. ne fil. pro pat. Hoc ēt probat rōne, qa iſtud grauamen non pt reparari ꝑ appellationē à diffinitiua, ergo pōt appellari: & alleg. ꝟ. qui ſatiſd. cog. l. arbitrio. & qđ no. in l. 2. ꝟ. de app. reci. Dñi, rō eſt quare iſtud grauamen iuris in iure ꝯſiſtat, & non reparatur per appellationē, qa non tangit negotium principale, vt ex. de appe. c. fi. lib. 6. Sunt q̃dam grauamina, quæ in facto ꝯſiſtunt, & in facti executione, & iſta qñq; ſunt reparabilia, qñq; non, vt in tortura, vt not. in l. 2. de appel. reci. In hac qōne dicit Gul. ꝙ aut pronunciat ſe iudicem eſſe, & tūc pōt appellare. & alleg. in auth. de coll. §. finaūt aliqñ. in fi. colla. 9. Sed ſi pronunciat negatiuè, adhuc poteſt appellari, & erit effectus, vt negotium remittatur ad eum, quia ad hoc tendit appellans, vt includat eum, vt in cap. dilectus. extrà, de præb. Vlterius aduerte, pone quòd iudex pronunciat ſe iudicem, lite conteſtata vult reuocare

ADDITIONES.

a Claud. ¶ Dicit gl. Intellige hoc, niſi ſit clericus: nam tunc ſecus per c. ſignificaſti. ſ. de foro compe.

b Poma. ¶ Secundū decretū? Et hoc non ſufficeret deceptionē cōcludere iſto reſpectu ad rřam, licet poſſit eſſe caſus ſpāles. De quo dicto meminit Imo. l. illā. q̃ l. legit. cū l. hoc iure. ff. de ver. obl. Quod tñ limita, vt ibi per Are. circa fi. quā limitationē habuit à Pan. c. niſi eſſent. in 1. not. per illū tex. de pbē. Pro qua limitatione optimè facit, ꝙ not. Imo. & Ant. in c. 1. circa fi. apparatus. de cle. peregri. & gl. l. Titio fundus. ꝟ. de admi. tut. Pro cuius tñ declaratione, vide Fel. c. ſicut. de ſen. & re iudi. & ibi alle. in c. 1. verſi. an aūt. de iud. Alex. cōſi. 82. 3. vol. Raph. Cu. cōſi. 60. & cōſi. 77. Alex. cōſi. 59. 4. vol. Fel. c. cū à nobis. de teſtib. & i c. ſignificauerūt. eo. ti. in c. 1. de re iud. & c. qđ ad cōſultationē. i c. placuit. eo. ti. Are. c. 1. de re iud. ver. ſed iuxta. Vide Alc. l. ſi per errorē. in 5. limitatio. C. de iuriſd. om. iud. l. fi. eo. ti. & conſi. 492. incip. viſis dubitationibus & conſi. 497. inci. viſo ꝓceſſu cāæ. alias conſi. 7. & con. 82. inci. omnibus. vol. 3. Pau. de Caſt. l. præſcriptione. §. fi. C. ſi cōtra ius, vel vtil. pub.

* ¶ Pro intellectu l. legatus. ſ. de offi. præſid.

uocare istã ĩterlocutoriam: dicit pars. Dñe si vos reuocetis ĩterlocutoriã, oĩa acta peribunt, qa fingent̃ acta à iudice incõpeten
15 te. Mõ q̃ritur † de duob. Primò, an interlocutoriã super dilatoria iudex possit reuocare post lit. contestationẽ. Secũdò si p̃t, an pẽat acta facta primò. Breuiter, dñi, allego gl. Inn. q dicit, ꝙ talis interlocutoria p̃t reuocari post lit. ꝯtesta. saluis remanentibus actis, q̃ dicit nõ perire. Ita dicit ipse ex̃, de app. c. sæpe cõtingit. sup
16 verbo, expensarum. & ibi recurratis. † Item q̃ro, si aliqs iudex tã q̃ delegatus, ꝓcedit ex vi literarũ, & obiicit̃ de falsitate literarũ, si iudex ꝓnunciat pro literis, vtrum de nullitate processus posset postea obiici in executione? Breuiter, vos dñi, debetis sic dicere ꝙ exceptio falsi ꝯ literas, p̃t opponi duob. modis. Qñq;. n. opponit̃ ꝯ literas, qđ ipsæ sunt falsæ, & ista exceptio sp̃ põt obiici, & in initio & in fine. Nã omnis actus factus à iudice tanq̃ delegato, vi ipsarum literarũ est nullus, iõ semp p̃t obiici, qa semp obiicitur exceptio falsi. Si verò obiicit̃ exceptio falsi, non ꝙ ipsę literę sint falsæ, sed qa narratũ fuit falsum à parte impetrante literas, & tũc ista falsitas non impedit ꝓcessum, si de ea non est obiectũ, vel ẽt si est obiectũ. Nã iudex hẽt ꝑ tales literas ipso iure iurisdictionẽ, vt C. si ꝯ ius vel vtil. publ. l. p̃scriptiõe. & l. etsi nõ cognitio. plenis-
17 simè ꝑ Inn. ex̃, de rescr. c. pastoralis. † Vlterius q̃ro, si iudex ꝓcessit in cã, nec pronunciauit se iudicẽ eẽ, vel ñ eẽ, vtrũ ꝓcessus teneat? Dic qđ non ẽm Inn. qui ita not. ex̃ đ dilat. c. ꝑterea. Tñ ego dico sic qđ aut exceptio declinatoria erat opposita, & tũc iudex ꝓcedendo ad vlteriora intelligitur ipso facto ꝓnũciare sup ea, vt in c. ex parte. ex̃, de appel. in cle. Tamen hic est aduertendum, qa istud, ipso facto, intelligitur hoc modo. i. si procedit sup negotio principali, ad litis ꝯtest. vel quasi, si exceptio erat talis quæ durabat vsq; ad litis ꝯtest. Sed si durat vsq; ad aliquẽ actũ, ante litẽ ꝯtest. tũc ꝑ illũ actũ intelligit̃ remouere oẽ ĩpedimentũ, vt l. il lud. de acq. hře. Sin ãt ista exceptio declinatoria nõ erat obiecta, tũc non vr̃ ꝓnunciari sup ea, ꝑ ꝓcessum ad vlteriora, vt l. j. §. ꝑterea. de ꝯ. iud. tut. Bene tñ ꝯcedo, qđ qñq; vr̃ ꝓnunciare ꝑ sñiam latam in principali. V. g. si fundabam exceptionẽ meã declinatoriã, eo qđ nõ ꝯxi in territorio iudicis, vel non deliqui. Nã cũ hoc examinet̃ in negotio principali: iudex ꝓnunciat me ꝯtraxisse, vł deliquisse, stãdum est sñiæ. secus si exceptio declinatoria oritur ex eo qđ non ꝯtingit negotiũ principale. Nam tũc nunq̃ intelligitur reiecta ꝑ aliquẽ actũ, ita qđ ĩpediat̃ ꝓpositio iuris reiectionis. Bene tñ ꝯcedo, qđ impedit̃ qñq; rõne tẽporis, vt qa lis est cõtestata, & tunc bñ tenet ꝓcessus. Sed si exceptio declinatoria est talis, quæ non remouet̃ ꝑ ꝓcessum, tunc vẽdicat sibi locũ dictũ
18 Inn. qa iudicium est nullum, & hoc inferius declarabo. ¶ † Sequitur in gl. ꝓrogata videatur, si tenet ꝓcessus vi prorogationis, ergo si exceptio declinatoria est omissa ab errante, nõ tenet processus. s̃. de iurisd. om. iud. l. si per errorem. Dic circa hoc, qđ aut exceptio declinatoria est fundata in iure cõi, puta excipio ꝯ iudicem clericum, ꝙ sum laicus, vel excipio ꝯ iudicẽ laicũ ꝙ sum clericus, & verũ dicit gl. Aut fundata est priuilegio, vt puta excipit ꝯ Ptãtẽ, eo qđ est scholaris, & tũc tenet ꝓcessus, qa, iudex hẽt iurisdictionẽ non elisam nec impeditã, cũ ad declinandũ & impediendũ requirat̃ exceptionis obiectus, ẽm Inno. q ita not. in c.
19 prudẽtiam. ex̃ de officio delegati. † Iuxta hoc q̃ro, nunqd exceptio declinatoria possit opponi semp vsq; ad litis contest. & dic breuiter, aut ista exceptio afficit iurisdictionẽ, aut ꝓponit̃ ꝯ personã, & eam afficit. Verbi gr̃a, obiicit̃ qđ non est iudex, qa est fœmina, vel infans. Primò casu, qñ opponitur ꝯ iurisdictionẽ, aut fundatur in iure cõi, & semp p̃t obiici vsq; ad litẽ ꝯtestatã, vt l. si conuenerit. infrà, de iurisd. om. iud. & ĩ. solu. mat. l. si cum dotẽ. §. eo ãt tpe. Aut fundatur priuilegio, & tunc ẽt ante litẽ ꝯtest. ꝓponi p̃t, nisi pars fecerit aliquẽ actũ, ꝑ quẽ talis intelligat̃ in iudicẽ ꝯsensisse, vt C. de pac. l. si qs in ꝯscribendo. & s̃. e. l. j. Sic intel-
20 ligit ĩ. de iudiciis. l. sed & si susceperit. in prin. † Sed qđ si est talis cã, in qua ñ ꝯtestatur lis? Dic vt notat̃ ꝑ Inno. ex̃. de dilationib. c. ꝑterea. ad fi. Sin ãt obiicit̃ ista declinatoria ꝯ personam iudicis, vsq; ad quantũ tempus obiiciat̃, corã quo ꝓbetur, vide qđ not. Inn. in c. cũ sup. extra. de offi. deleg. & 3. q. 5. qa suspecti & ibi per Arch. ex̃, de rescri. c. sciscitatus. & facit quod not. ĩ. proxima qõ.
21 † Quid si obiiciat̃ ꝯ iurisdictionẽ iudicis istud, qđ iterũ resuscitari oportet in q. principali, vt puta, qa dicit reus se non ꝯxisse, vel deliquisse in territorio, nunquid iudex dabit terminum reo ad probandũ istã exceptionem? Vide hic ꝑ Gul. Et nunquid cognoscit summatim vel plenè? Dicit Inn. qđ summatim, qa plena probatio exigit̃ sup negotio principali. Ita tenet Inn. extra, de rescr. c. sup. sed Cy. hic dicit, ꝙ plenariè. Sed nũquid probationes tũc factæ, prosint in negotio principali, vt fidem faciat? Cy. dicit hic, ꝙ non. Et pro hoc facit extra. de rescrip. c. veniens. Et audi rõnẽ, q assignat, qa ad aliud agitur. Et alleg ĩ. de infa. l. Lucius. & de euictio. l. vendicantẽ. Et si dicat̃, dicit ipse, qđ si apparet qđ delictum fuit commissum in territorio, & iudex pronunciauit, nonne fa-
22 cta notoria res, ergo valet inter easdẽm ꝑsonas? † Rñ. notorium, quod inducitur ꝑ sñiam, nũq̃ hẽt effectum notorij, nisi qñ indu-
23 citur ad eum finem, ad quem fuit sñiatum, non ad aliud. † Item dicit ipse, de probationibus factis sup emergenti, nusquã valent inter easdẽ ꝑsonas, si ad alium finẽ agit̃. Ita đt ipse ꝑ d. l. vindicantem. Item, nũqd istud hẽt locũ in iudice tẽporaneo, qđ hẽt locũ
24 in ꝑpetuo? đt Cy. ꝙ sic licet Iac. de Ra. dicat ꝯrium. † Itẽ hæc lex hẽt locũ in iudiciis, in qb. p̃t allegare se priuilegiatũ de suo priuilegio, nunqd in extraiudicialibus? Dic ꝙ allegatio nihil hẽt operari, ẽt si allegãs offerat se paratũ probare, ẽm Inn. qui ita no. & ꝑ istã gl. legis nr̃æ, & per not. extra de censi. c. venerabili. Nunqd
25 ergo † si iste priuilegiatus non ꝯpareat, p̃t mulctari? Dicas ꝙ sic: qa respectu iudicis, vr̃ iudici ꝯstare de priuilegio, arg. ĩ. ne qs eũ. l. 2. Nec obst. de iudi. l. ñ vr̃. & de pecul. l. eo tpe qa ibi loq̃t̃ respectu partis, cuius respectu non dr̃ esse contumax, iõ non teneret̃ ei ad expensas, qa partẽ non ꝯtẽnit, cũ pars non hẽat ius in effectu. Sed sentit Cyn. hic, ꝙ ad opus priuatum nõ possit pœnam imponere, vt ĩ. de eo ꝑ quẽ fac. erit. l. j. §. si reus. sed ad opus reipubli
26 cæ sic, vt l. mulctam. C. de mõ mul. † Sed nunqd delegatus tenet̃ ĩterserere lr̃as derogatorias? Dic ꝙ sic, al's nõ tenet̃ ꝯparere, quia ignorat eũ esse iudicẽ, vt C. de superind. l. 2. lib. 10. Secus ĩ ordinario, qa ordinarius hẽt præsumptionẽ ꝓ se, nõ delegatus, vt ex̃ đ off. deleg. c. cũ ĩ iure. & de dila. c. ꝑterea. & C. de man. prin. l. j. Hoc est verũ, nisi sit delegatus prouinciæ, qui est ordinarius, vt l. legatus. s̃. de offic. procon. & leg. Nã sufficit qđ publicè facit, ĩ. de in-
27 stito. l. sed & si pupillus. §. ꝓscribere, ẽm Cy. † Sed nunqd q citat in diẽ feriatã, teneat̃ inserere cãm in citatorio, ꝑ q̃ appareat đ necessitate ꝯparendi? Cy. ꝙ sic. Nã aliàs est fundata intẽtio nõ cõparentis de iure cõi, arg. ĩ. de rei vendi. l. j. §. ꝑ hãc. ẽm Cy. Et facit
28 qđ no. 15. q. 4. c. placita. in gl. & ĩ. ea. l. §. fi. & ibi de hoc. † Sed nũquid exceptio de loco nõ tuto posset obiici post lit. ꝯtest. Dic ꝙ sic: qa cã excipiendi nõ colligit̃ per ꝯtestationem litis, ẽm Arch.
29 qui ita no. 3. q. 8. hortamur. † Deinde iuxta gl. q̃ quærit de suspicione, q̃ro nunqd post obiectũ suspicionis, possit de ea cognoscere? Vr̃ ꝙ sic: qa non desinit esse iudex, vt s̃. de iur. om. iud. l. pretor. Si verò obiicitur ꝯ delegatum, secus. de hoc no. Inn. extra đ offi. deleg. c. cũ super. & hẽs hodie in c. iudex. eo. tit. lib. 6. & ibi videas. Et hoc de iure Cano. sed de iure ciuili ordinarius non recu-
30 satur, † sed alius adiungitur. Hoc tñ intelligo, si suspicio potest ex hoc pfectè cessare. Secus si non potest, nam tunc etiam de iure ciuili posset recusare, vt d. l. prætor. & arg. de susp. tut. l. si tutor.

§. Si quis in ius. Iste §. est fundm̃ plurium q̃stionum. In tex. ibi, parcendum erit. ecce vna causa, per quam mulcta non imponitur, vel imposita remittitur, s. rusticitas. tũc statim subiicit aliam causam, propter quam mulcta imposita remittitur. s. temporis qualitas, & hoc subiicit.

1 *Mulcta vt imponatur, requiritur causa competentiæ iudicis, & ꝙ non excedat metam suæ iurisdictionis.*
2 *Citatus ad diem feriatam, non tenetur comparere, nisi ad videndum offerri libellum iudici.*
3 *Citatio facta die iuridico pro die feriato, an valeat.*
4 *Citatus die iuridico pro die feriato, quando teneatur compętere.*
5 *Præceptum iudicis continens impossibilitatẽ rõne temporis, est nullũ ipso iure.*
6 *Citatio facta die feriato pro die non feriato, quando teneat.*
Examinatio testium potest fieri tempore feriato.
7 *Actus factus tempore feriato, an poterit tempore feriato reuocari.*
8 *Citatus à Papa, vel Imperatore die feriata, comparere debet.*
9 *Syndicus qui non denũciauit maleficium intra tempus excusatur, si iudex fuit absens.*
Cautela quando iudex est absens, ꝙ syndicus & bannitus compareant in termino ad tribunal, & protestentur.
10 *Feriæ in causis, in quibus proceditur summariè, sine strepitu, & figura iudicij, an sint remissiuè.*

1 §. Item si. Ex isto §. collige, † ꝙ tria req̃rũt̃ ad hoc, vt mulcta possit imponi, s. cã competẽtiæ iudicis, & ꝙ ñ excedat metã suę iurisdictionis, vt ex isto §. euidenter apparet. ĩ tex. ibi, remittet. si ãt nõ imposuit, dẽt ab imponẽdo abstinere.
2 In tex. ibi, feriatus dies. No. † ꝙ ille q citat̃ vt ꝯpareat die feriato, si nõ cõparet, non dr̃ esse ꝯtumax. Rõ est, qa si compareret, nihil posset explicari cum eo. hoc verũ, nisi citetur ad videndum offerri libellũ iudici. Nã ad illũ actũ dẽt cõparere, cũ possit eo tpe expediri, vt l. miles. §. sexaginta. ĩ. de adul. & no. in l. j. ĩ. de fer. & ĩ l. j. C. de fer. Quod est verũ, ẽt si dies erat feriata ĩ honorem Dei, vt est. gl. ord. 15. q. 4. placita secularia. Sed nunqd ista citatio † fa-
3 cta tpe iuridico, & directa in tp̃s feriatũ, ualet? hęc lex nõ dicit, si valet, vel non: sed dicit, ꝙ die feriata nõ tenetur ꝯparere: non tñ declarat an debuerit comparere ante, vel post. Istã qõnẽ ponit Inn. in c. ꝯquestus. ex̃ de fer. C. de fer. l. fi. & vñr Doct. cõiter tenere, ꝙ aut error est expressus in citatione, qa citatus est aliquis, vt compareat die dñico, tũc citatio est nulla ipso iure, vt l. j. C. de fer.
4 Aut error non est exp̃ssus in citatione, & valet citatio. † Sed qñ dẽt citatus ꝯparere, dñt aliq qđ aut dies feriata assignatur, vt termin⁹ in quo, aut vt termin⁹ in quem, aut vt termin⁹ post quẽ. Si assignat̃, vt termin⁹ ĩ quo, dẽt ꝯparere die sequẽti ñ feriata, vt ĩ. đ

arbitris.l.Celsus.& ꝭ.si qs cau.l.2.§.si qs iudicio.in ver.iubet prætor totam diē iudicij esse diffusam, &c. Aut est terminus in quē, vt puta, si citaṫ vt compareat vsq; ad diem dominicā. Nam dictio vsq;, est exclusiua, ideo dēt comparere ante. Et si non comparet ante, est qđ sibi imputetur. Ita intelligunt C.de temporib. appellationū.l.2.in fi.& extra de dolo & ꝯtu.c.cū dilecti. Aut assignaṫ vt terminus post quē, & tūc post illū terminū finit dilatio. Et de hoc nullū dubium est, vt statim post illū terminū dēt cōparere, ꝭ.de verb.sign.l.cedere diem. Rich.de Senis, cuius authoritas maxima fuit, dicit, ꝙ vbi dies feriata cadit in terminum in quo, ꝙ citatio est nulla ipso iure, nec fit defensio in diem sequentem. Et ē rō, quia citatio ista est directa in tempus, à quo nō pōt incipere, ergo vitiaṫ. allegat ꝭ.de verb.oblig.l.existimo. Et si dicas, nonne sunt duo ꝑcepta, ꝙ ꝯpareat, & qđ certo die? ergo licet in illa die nō compareat teneṫ comparere sequenti. Sic argumentatur litera in d.c.cum dilecti.& est expressum in d.§.si quis iudi. Rñdeo interdum actꝰ vitiaṫ ex expressione diei, vt sꝭ promitto tibi dare
5 hodie decē Capuæ, vt Insti.de ver.obl.§.loca.ita in ꝑceptis † iudicis, q̃ sunt stricti iuris, q̃ si ꝯtinēt impossibilitatē rōne tpis, ipso iure sunt nulla, vt d.§.loca. Ad leges ꝯrias rñdeo, ꝙ loquuntur in impedimento qđ nō ꝯtinebat ꝑceptum iudicis, sed emersit ī psona partis, puta erat impedimentū morbi, vel alterius accidentis. Tunc.n.pars si vult euitate vt nō dicatur fuisse ꝯtumax, dēt comparere morbo, & cā cessante. Ita loqṫ extra de elec.c.cupientes. §.qđ si ꝑ viginti.lib.6. Sic.n.loquunṫ iura ꝯria. Facit ꝭ. de leg.j.l.si mihi & tibi.§.si qs seruos. C.de fideiuſ.l.sancimus. Præterea l.Celsus.ꝭ.de arbi.non hēt obstare: quia illa loqṫ in actu, q de sui natura poterat explicari in termino, sicuti est actus solutionis, q pōt explicari quolibet tpe. Hic loqtur de actu, q non pōt explicari ī
6 termino. Et sic non obstat.l.illa. † Sed q̃ro, qđ cꝫ, citatio est facta die feriata vt veniat die nō feriata, an valeat? Cōiter dicitur, qđ
a non,[a] qa hēt vitiosum initium, vt l.si minor.ꝭ.de sertis export. & est expressum in l.fi.C.de feri.vbi vox ꝑconis, &c. Doct.dicūt, qđ in citatione est ꝯsiderandus actus iudicis, & actus executoris: actus iudicis non pōt fieri die feriata, actus verò executoris pōt fieri. sed quare nō pōt committi tempore feriato, sed executio pōt fieri ꝑ nunciū? Possunt eē duæ rōnes ꝑ hꝭ, qa actꝰ executoris trahitur ad tempus actus iudicis. Mō ita est, ꝙ si actus factus tpe feriato trahitur ad non feriatū, tunc valet, vt patet in examinatione testium, q̃ pōt fieri tēpore feriato, qa trahiṫ ad tps iuramēti, sm qđ not.in l.si qñ.& ibi dixi.C.de testi. Alia rō est, qa actꝰ mere executionis, non est aliud q̃ mera executio, sed executio mera pt fieri tempore feriato, vt in c.fi.extra de iudi.ergo, &c. Istud dictū credo verū in tpe feriato pp vtilitatē hominū, vel in feriis repentinis. Secus in feriis in honorē Dei inductis, qa lex dicit, ꝑconis horrida vox sileat, &c.in l.fi.C.de fer. Vnde mera executio nō pōt fieri his diebus. Bene tñ credo, ꝙ posset fieri, si dubitetur
7 de fuga, vel ꝙ res sit tempore peritura: vt no.in d.l.fi. ¶ † Itē q̃ro, iudex fecit actū vnum tēpore feriato, nunqd possit reuocari? Et dr ꝙ sic, siue tenuerit actus, siue nō. Nam illud tempus qđ est iuridicum in actu faciendo, est iuridicū in actu reuocando, vt l.minor.in prin.ꝭ.de euic.& ibi gl.& no.ꝑ Ia.de Are.in l.i.§.nūciatio.
8 ꝭ.de no.ope.nun. † Sed nūqd citatus a Papa, vel Imperatore die feriata debeat ꝯparere? Dic ꝙ sic. qa ferię nō sunt de iure diuino, sed de iure ciuili potius, vñ Papa & Princeps pñt derogare, vt C. de legi.l.digna vox.in gl.fi.in princ. Non est ergo necesse ꝙ pars compareat apud tribunal, & protesteṫ. Et sic est in arg. ꝙ si syn-
9 dicus † non denunciauit maleficiū intra terminū, quia inde se absentauit iudex, ꝙ excusaṫ. Vel si bannitus nō comparuit intra terminū sibi assignatū, qa se absentat iudex, corā quo debeat cōparere, ei non currit terminus banni, nec syndicus incidit in pœnā. Cautius tñ est, ꝙ compareat ad tribunal, & ꝓtestetur, vt l.fi. C.de his qui per me.iud.non appel.& l.de pupillo §.si quis ipsi ꝓtori.ꝭ.de no.ope.nun.& l.Labeo.ꝭ.de nau.fœn. ¶ In eadē gl.ibi, secus si actor non fuit, imò vr circunduci edictū, vt ꝭ.de iud.l.& post edictum. Sol.ista gl.nō intelligiṫ in citato, sed in eo, q habebat sistere ex sua promissione, q̃ promissio nō circūduciṫ si altera pars abest, vt ꝭ.si qs cau.l.2.§.si qs iudicio.ī ver. alteruter. & ita no.de eo ꝑ quē fa.er.ꝭ.fi.§.sed & si stipulator.qđ no. ¶ In ea.glo. ibi, idem si locus. Adde qđ dixi ꝭ.ne quis eū.l.sed eximendi.in fi. & s.ea.l.in prin. Sequitur in gl. venire dēt. Dic si cā fuit expressa, quia citatus habet intentionem fundatam ad non comparen-
10 dum de iure communi. Nunquid † in casibus, in quibus proceditur sine strepitu & figura iudicij, sunt feriæ? Dic vt plenè habes hodie in c.sæpe.extra de verb.sign.in clem.

ADDITIO.

a ¶Quod non. Adde Pau.de Castr.consi.25.& Fede.in contrarium, consi.244.

LEX III.

aliquas qualitates inhærentes ipsi delicto, quæ ponunt̃ in l. aut fa
cta ∫. de pœ. in sex primis qualitatibus. & tunc licet augeatur, non
tollit infamia, qa non est pœna grauior vltra l. imposita, qđ requi-
rit iste tex. sed ſm l. & prout reqrunt qualitates delicti. Qñq; pœ-
d na augetur pp aliqđ extrinsecũ accidens præter nãm d delicti in
exemplũ aliorum, qa multi erant delinquentes in illo loco, alias
delicto, vel tunc instabat magnũ periculũ, & tunc infamia tollit̃.
Ita loquitur hic, & iõ gl. optimum exemplũ posuit. ¶ Veniamus
11 ad diminutionẽ, & primò † quæro qđ si pœna est diminuta. Glo.
distinguit, aut cum cãæ cognitione, & videtur dispensatum cum
infamia. Aut sine causæ cognitione, & tunc secus, vt C. eo. l. & si
seuerior. & s. proxi. §. Petrus hoc impugnat. Nam si facio tibi gra-
tiam in vno, nõ facio in alio, quia sufficit, si cui vel in paucis, &c.
vt l. tutori. C. de neg. gest. & ideo dicit ipse, ꝙ est necesse ꝙ expri-
matur in sñia ꝙ dispẽsatur cũ infamia, vel ponatur aliud, ꝙ idem
seu hoc importet, vt puta, remoueo te ab ordine ad tps: post tps
videor pmittere, ꝙ sis in ordine, vt l. imperator. ∫. eo. Ita dicit ipse.
Tu dic gl. bene dicere per dictã l. & si seuerior. Quod tñ intelligẽ
dum est ſm exẽpla diminutionis, quæ hic ponunt̃ in gl. Nã qñq;
fit diminutio ex cã, quæ minuit delictum vt pp iuuentutẽ, vel se-
e nectutẽ, e vel qa fecit homicidiũ f sine dolo, vel qa nimio dolore
f cõmotus, vt si interfecit adulterũ cum vxore repertũ, vt l. j. in fin.
ad l. Corn. de sica. tũc tollit̃ infamia. Ita loqr̃ d. l. & si seuerior. hoc
et indicat ipsa nã, & nr̃i mores. Si. n. dr̃, talis fecit homicidiũ, statĩ
tu excusas eum, cũ ipse habuerit iustã cãm faciẽdi, vel erat qdam
puer, vel filia. Sed si est talis cã, quæ delictũ nõ minuit, vt puta pp
dignitatẽ nataliũ, punit̃ mitius q̃ alter, certe nõ minueť infamia,
12 vt l. quædam. ∫. de pœ. ¶ † Quæro in criminibus extraordinariis,
vbi non est pœna limitata, qualiter dr̃ pœna minui vel augeri? Gl.
g dicit optime, g qđ dẽt inspici illud, qđ ɔsuetũ erat fieri pro fili de-
licto. Sic'e no. in l. athletas. §. calũniator. s. eo. & l. hodie. de pœnis.
13 ¶ † Quæro, vtrũ pars poterit implorare officiũ iudicis, vt pœna
augeat, vel minuatur. Et an hoc habeat necesse? gl. non dicit. Rñ.
qđ pars implorare pt, ar. l. ædiles. §. itẽ sciendũ, de ædil. edi. Non ãt
hoc est necesse quo ad iudicẽ, qa et si hoc non impetreť, iudex pt
tã pro accusatore, q̃ pro accusato. Pro accusatore patet, vt l. 2. C.
de abo. & ∫. de pu. iu. in l. defuncto. Pro accusato patet, vt l. si non
defendant, ∫. de pœ. & de questio. l. j. in fi. In hoc plus importat pe
tere, qa si iudex nõ fecerit, tenebit̃. qđ nõ esset, si non esset petitũ,
vt l. 4. §. hoc aũt iudiciũ. & qđ ibi per Dy. & ibi dixi plenius in j. no
14 tab. ∫. de dam. infe. ¶ † Quæro qđ si per statutũ pœna augeat̃ vel
minuatur, vtrũ intelligat̃ cum infamia dispensatum? Rñ. tex. hic
gñal'r loquit̃ qñ pœna grauior vltra legẽ imposita existimationẽ
h conseruat. Et iõ aduertendũ est qñ statutũ h pœnã auget, aut hoc
facit ex cã cohærente ipsi delicto, aut pp aliqđ extrinsecum acci
dens, qđ fortè respicit publicã vtilitatem, vt dixi s. qđ intelligo,
qñ condemnatus ex forma statuti põt infamari, ſm ea q̃ dixi in l.
Infamẽ. ∫. de pub. iu. Eodem mõ in diminutione pœnæ inspicien-
da est cã statuti, vt s. dixi. Sed si pœna augeť, vel minuit̃, pp ius cõe,
vt est factũ hodie circa adulterium. C. de adulte. authẽ. sed nouo
iure. tunc circa infamiam nil mutatur, quia non est pœna vltra le
gẽ imposita, siue sit lex noua, siue sit antiqua: & leges priores tra-
hunt̃ ad posteriores, & ecõuerso, vt s. de legi. l. sed & posteriores.

Sumus expediti de prima parte, prout respicit actionẽ criminalem, venio ad ver. sed si in cã furti, & opp. extra gl. qđ nõ valeat sñia, q̃ ɔtinet manifestũ errorẽ iuris. ſ. qđ pro furto non manifesto ɔdemnat̃ in quadruplũ, vt C. qñ pvo. nõ est nec. l.
2. & q̃ sen. sine app. rescin. l. j. §. itẽ cum ɔ sacras. Huius timore dñt
quidã, ꝙ hic actum fuit de furto nõ manifesto, & probatũ fuit de
furto manifesto, & sic pt seq ɔdẽnatio ex eadẽ instantia. Et ita te-
net Gul. arg. l. bouẽ. §. aliqñ. ∫. de ædil. edic. vbi licèt agat̃ quãto mi
15 noris, pt ferri sñia qđ res reddat̃. Br̃. † istud non placet, i Qñq; n.
i aliqua qualitas ꝓposita non probat̃, q̃ actionẽ nõ mutat, licèt ha
beat pœnã augere, vel minuere, & tunc ex eadẽ instãtia pt sequi
ɔdemnatio, vt l. in delictis. §. si de tracta ∫. de noxa. Qñq; illa qua-
litas nõ probata actionẽ ꝓpositã alterat, & tunc nõ pt seq ɔdẽna
tio, vt l. ptor. 2. §. hæc aũt actio. ver. docere. ∫. vi bono. rap. l. denun
ciasse. §. qđ tñ. de adul. Qđ apparet manifestè, qa sup actione illa
nõ ꝓposita nõ ẽ datus libellus, nec lis ɔte. merito nõ pt ferri sñia,
vt l. prolatã. C. de sen. & in auth. offerat̃, in fi. C. de li. conte. nũc ad
propositũ, si ꝓposita fuit actio furti manifesti, & probeť de furto
nõ manifesto, ad qđ ɔpetit alia actio nõ proposita, non pt seq cõ
dẽnatio ex eadẽ instãtia. Nec ob. l. bouẽ. §. aliqñ. qa ibi redhibitio
ɔtinetur sub nã actionis propositæ. Si. n. ago quanto minoris, &
de iure qđ nihil est, minùs est si nihil erã empturus, iõ ex virtute
actionis sequit̃ redhibitio. Et ista sunt multum necessaria ad que-
stionẽ, si ego accusaui te de pcussione cũ sanguine, & est ꝓbata
percussio, non tñ cũ sanguine, vel cum armis & fili. vtrum possit
se qui cõdemnatio. quod examinaui plenè in d. l. denunciasse. §.
quid

ADDITIONES.

a Pom. Tu dicas. Adde ꝙ limitationẽ Bar. hic ad l. vt fund'. ∫. cõ. diui, sequit̃ bal. in l. & si seuerior. C. e. Itẽ limita d. l. vt fund'. vt p Ale. ĩ l. vinũ. ∫. si cer. pe. Itẽ limita vt p Bar. in l. j. C. de sen. q̃ ꝓ eo qđ ĩterest. ẽ gl. c. cũ ecclesia Sutri-na. ĩ verbo, iudiciũ, ĩ fi. đ cã pos. & ꝓprie. Itẽ fallit ĩ casu m̃rimonij carnalis, vl' spũalis, & in aliis cõcernentib. fauorẽ aĩę. Ita Car. cle. sæpe. §. 1. in op. 2. de ver. sig. Item fallit, qñ ageret quãti minoris. & qñ tũc pt ferri sñia super re-dhibitoria. l. bouẽ. §. aliqñ. de ædi. edi. ∫. quẽ adhoc ponderat Ang. l. vinum. ∫. si cer. pe. vbi ĩputat illũ tex. ad hoc no. & ibi colligit aliã limitationẽ. ſ. vt ñ ꝓcedat, qñ illud qđ ñ fuit vetitũ psũotiuè. vel tacitè, ĩ libello cõtinebat̃. Itẽ fallit, qñ conuentus reali deiectus fuit de possessione sua collusione: qa iudex potuit eũ cõdemnare ad cedẽdũ actori actionem aduersus decepto rem, q̃uis nõ fuerit istud in libello petitũ. ita probat tex. l. quod si iudici. §. Iul. ver. cedit. ∫. de peti. hær. & ibi Ang. ad hoc no. Spe. in tit. de inter. q̃ fiunt lite cõte. §. nũc de interrogõne, vers. sed ecce re'. Itẽ fallit, qñ id qđ ñ fuit petitum, veniebat ex natura vltra aptitudinem petitionis intentatæ. Tex. ẽ in l. contra negãtem. ∫. ad l. Aq. l. & ibi in 3. op. Item fallit, qñ in ipsi. consequentia adest tacita, vel implicita petitio, tñ si actor petierit in conclone ꝓ se sñiam ferri, poterit iudex super expensis condẽnare, q̃uis de eis nihil sit dictũ. Ita bal. in l. properandum. §. sinãt alterutra parte. C. de iu. alle. Imo, c. grauis. de rest. spo. Itẽ limita vt per bal. in l. si ea. p illũ tex. C. de arb. vide et Fel. c. licet cãm. ver. nona cõclusio. de ꝓb. Bar. cõs. 114. & vide Fel. plene c. licet Heli, de simo. q. ponit plusquam 20. limitationes ad hanc l. vt fundus.

b Ponat cõclusio. Vide bar. in l. 2. §. si publico. de adul. vbi an cõcludat̃ in causis criminalib. Ang. in l. pactũ inter hr̃dẽ. ∫. de pac. vbi discrepat à bal. Adde bal. in l. & si seuerior. C. de infa. Et quod non requiratur, tenet bal. in l. certi condictio. in prin. ∫. si cer. pe. & bar. in d. l. libellorum.

c Latam sñiam. Ad hanc materiam vide q̃ sing. dicit bar. in l. 1. in fi. ∫. ad Turp. Et ex his dicit Inn. in c. 1. de const. ꝙ iudex rõne emergentium causarum pt pœnã transgredi. & iõ licet teneatur seruare statuta, pt tñ legem trãsgredi ſm eum, quod vr̃ seq. bal. in l. & si seuerior. C. e. tit. bñ facit quod no. bar. in l. 1. ff. vi bo. rap. Adde bal. hic, & in auth. hodie. C. de iu. vbi hoc limitat, & in l. obseruare. §. proficisci. de off. proconsul. & in l. 1. & ibi bal. in prin. C. de ꝓ. impe. off. vbi pp enorme crimen licet legem trãsgredi. Item limitat hic Bal. C. de iu. in auth. hodie, hr̃e locũ in magistratibus maioribus, nõ ãt in minoribus vt in potestatibus, qui habent seruare statuta ad vnguẽ. Et ex istis hoc tu tene menti, ꝙ licèt quid committatur arbitrio libero iudicis p statutum tñ iudex nõ debet illud excedere, nisi cã cognita, imò debet expectare vsque ad finem cãæ. l. j. §. expilatores. de effractoribus. Et qñ detur iudicibus arbitriũ, & in multis casibus, vide Bal. in c. j. in quibus causis feu. amit. & dixit Bal. in c. j. §. iudices. de pac. iur. firm. quod arbitria ideo dantur iudicibus: qa qñq; nouã qñq; veterẽ actus desiderãt prouidentiã, ſm Inn. in c. j. de consti. & secundum Io. And. ibi, nõ debet habens arbitrium fulminare. Et arbitria, quæ datur, intelliguntur concedi ſm mentem legis, & arbitriũ intellectus, seu rationem, ſm Bal. Et p hoc sequitur quòd facit litem suam, vt dixi in l. 1. in fi. prin. de app. & vide Bald. in l. libertas. s. de sta. homi. adde quod licet iudex iuret seruare statuta, possit tamen pœnam transgredi. Ro. consi. 429.

d Paris. Præter naturam. Vide Ias. in l. 1. in 1. notab. C. de precibus imperatorĩ offerendis.

e Senectutem. Adde bal. in l. quicunque. C. de ser. fugi.

f Pom. Homicidium. Vide Ias. in l. 4. §. prætor. ∫. ne quis eum qui. Paris. Ex hoc infertur ꝙ statutum, vel lex puniens homicidium, intelligatur si dolo fuit commissum, vide multa per Ias. in l. 1. s. de legi. & in l. in actio. ∫. de in litem iurando. vide in repertorio, in verbo, statutum.

g Claud. Optime. Ad huius gl. confirmationem vide Fel. in c. inter cætera. de rescr. & eundem in c. postulasti. eo. tit.

h Statutum. Sed an iudex possit alterare pœnam statuti, vide bal. in l. 1. C. si ad uer. deli. quod no. Adde Spe. in ti. de pœna teme. lit. in fi. & dicit bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. ꝙ si statutum imponit pœnã manus, & aliquis est ita puer vel senex, qđ moreretur, quod iudex potest pœnam permutare: si tamen non facit, non potest appellari. Et vide bar. in fi. huius. §.

i Non placet. Adde bar. in l. quanquam. §. Iul. de aqua plu. arc. bal. in l. edita, in 10. opposi. de eden.

q̃d tñ, de adu. Ista tñ lectura, vcȝ, qđ hic fuit ꝓposita actio furti ma
nifesti, p̃t sustineri, si dicas qđ iudex ꝯdẽnauit de furto manifesto,
posito qđ nõ fuit ꝓbatũ, sed furti nõ manifesti nõ potuit ꝯdẽna-
ri. ¶Vltiò legas istũ §. clarius, qđ fuit ꝓposita actio furti simpl'r, ñ
dicẽdo manifesti, vel nõ manifesti, & cũ non eẽt ꝓbatũ manife-
stum, iudex ꝯdẽnauit in quadruplũ, hic nõ est exp̃ssus error, pars
tñ grauat̃, sed ꝑ appl'onem s̃nĩa rescinderet̃. ¶Venio ad ver. q̃uis.
& q̃ro, Si agit̃ actiõe ciuili ad duplũ, vel ad quadruplũ, q̃uo iudex
potuit auferre parti ius suũ, & ꝯdẽnare ad pœnã corporalẽ, ꝯ̃ l. id
qđ nostrũ. j̃. de reg. iuris? Gul. intelligit l. istã, qñ fuit ĩposita pœna
pecuniaria, & corporalis, vt l. interdũ. §. q furẽ. j̃. de fur. Vel pone
exemplũ in l. medicus. j̃. de var. & extraor. cogn. j̃. de calumnia. l.
pe. istud exẽplũ non placet, qa in dictis ll. ĩponit̃ pęna ciuilis, & ẽt
crĩalis eo casu, quo vtraq; p̃t ĩponi, & sic pęna nõ dr̃ aucta, vel mi
nuta, vt habuistis no. in j. gl. huius §. Sed solũ ĩ hoc p̃t dicere reus
se grauatũ, qa iudex fecit ex offõ suo, cũ dẽret de hoc nouũ pro-
cessum facere, sed grauamẽ, qđ fit circa ꝓcessum, non inducit di-
spensationẽ in infamia, vt l. ictus fustiũ. j̃. e. sed solũ grauamen qđ
fit circa pęnã corporalẽ vt hic. Vñ alij ponũt exẽplũ qñ imponit̃
pœna pecuniaria pro corporali in defectũ, qa soluere ñ p̃t, vt l. fi.
s̃. de ĩ ius voc. Istud exẽplũ vr̃ ꝯ̃ casum l. ictus fustiũ. j̃. e. fm scđam
16 lec. & iõ † aduertendũ est, qđ qñq; ꝓ pœna pecuniaria applicãda
fisco ĩponit̃ corporalis, & tũc est dispẽsatũ cũ infamia, vt in prin.
hui⁹ §. Qñq; petit̃ ĩponi pęna pecuniaria applicãda p̃ti, tũc qñq;
iudex ĩponit vtranq; pęnã pecuniariã & ẽt corporalẽ. Isto casu si
est de casibus, in q̃bus pœna ciuilis ꝯcurrit cũ crĩali, vt qñ agitur
ad vindictã, fateor qđ vr̃ dispensatũ cũ infamia; qa ĩponit̃ pœna
grauior vltra legẽ, & ita posset intelligi iste ver. q̃uis nõ referẽdo
ad p̃cedẽtia. Sed si est de casib. in q̃bus pœna ciuilis nõ ꝯcurrit cũ
crĩali, vt qñ nõ agit̃ ad vindictã, tũc nõ grauat partẽ, nisi ad ꝓces-
sum, & iõ non vr̃ dispensatũ cũ infamia, vt s̃. dixi, nisi imponẽdo
pœnã corporalẽ grauiorẽ delicto, qa tũc vr̃ dispensatũ ꝑ prin. §.
Qñq; ĩponit pęnã corporalẽ, & omittit pecuniariã, & hoc qñ fa
cit post s̃nĩam latã in pœna pecuniaria, qa q nõ p̃t soluere, punit̃
ĩ corpe, vt d. l. fi. de ĩ ius voc. cũ si. tũc nõ vr̃ dispẽsatũ cũ infamia.
Nã ꝑ s̃nĩam fuerat infamatus, & ꝑ executionẽ, q̃ iudex postea fa-
cit, licet duriorẽ, non p̃t cũ infamia dispẽsari: qa hoc p̃t solus prin
ceps & senatus, vt s̃. e. titu. l. j. §. de qua. & hic est casus. j̃. e. l. ictus fu
stium. fm scđam le. Sed si iudex hæc faceret in prima s̃nĩa, & reũ
ꝯdẽnaret in pœnã corporalẽ, cũ peteret̃ pecuniaria, videret̃ cum
infamia dispẽsatũ, vt l. in seruorũ. in fi. de pę. & in hoc ver. Et si tu
dicis, q̃uo p̃t iudex auferre ius p̃tis? Rñdeo. p̃t ex cã. Primo si videt
laborare infamia, seu inopia, tũc nõ vr̃ grauare p̃tẽ, nec ei ius suũ
auferre, qa inanis est actio, &c. Et hoc casu possumus aduertere,
qa si req̃reret̃ qđ ille ꝯmisisset delictũ illo p̃textu, qa pęnã pecunia-
riã soluere nõ p̃t, imponeret̃ pœna corpalis ex cã cohærente ipsi
delicto, & tũc non euaderet infamiã. Casus est in l. si qs iniuriã. j̃.
de iniu. al's infamiã euadit, vt dixi. Itẽ p̃t esse qđ reus est soluendo,
& iudex p̃t hoc facere suadente publica vtilitate. Exemplũ. Actio
iniuriarũ ciuilis tolleret actionẽ crĩalẽ legis Corneliæ de sicariis,
si ꝯdemnatio eẽt facta, certè ꝑꝑ publicã vtilitatẽ p̃t iudex ñ ꝑmit-
tere parti qđ agat iniuriarum ciuil'r, ne p̃iudicet̃ crĩali. Casus est l.
p̃tor edixit. §. j. j̃. de iniur. & ita sonat tex. & ita intelligit Ia. de Are.
licet gl. ibi al'r intelligat. ita in ꝓposito suadente vtilitate publica
p̃t imponere pœnã, q̃ vindictã publicã respicit, & omittere ciuilẽ
applicandã parti, quo casu eẽt cũ infamia dispensatũ si pœna eẽt
grauior, aliàs secus. ¶Nũc restat vt distinguamus in duplici mã,
vt fit in gl. Primo, qñ dãnatus pœna aucta, vl' minuta sit infamis.
vt in gl. plenius colligit̃, vt ex prædictis patet. Scđo intrat gl. vnã
mãm an relegatus, vel ab ordine remotus, post tp̃s finitũ recupe-
ret dignitates primas? Distinguit gloss. clare. Dic vt in ea. ¶Iuxta
mãm istã posset q̃ri de bãnito, qui postea est rebãnitus, & cãcella
tus de bãno, vtrum primos recuperet honores? Et hic videndum
est an bãnitus efficiat̃ infamis. Dicã j̃. in l. ictus fustiũ. Et posito ꝙ
sit infamis, an ꝑ cãcellationẽ tollat̃ ĩfamia, dicã j̃. in l. ictus fustiũ.
Vlt. not. bñ mãm huius §. vt ex cã iusta & euidẽti possit pœna au-
a geri vel minui, ẽt quæ posita eẽt in statuto ciuitatis vel castrorũ.a

ADDITIO.

a Clau. ¶Vel castrorum. Quid autem si dicat statutum, ꝙ talis pœna omnino imponatur, vel ꝙ nulla alia imponatur. vide Aret. singulariter in c. qualiter, & quando. 2. §. fi. extra de accusa.

§. Crimen stellionatus.

Opp. glo. & soluit. dic vt in ea.

LEX XIIII.

Seruus. Licet qs dãnet̃ suo noĩe, & ex suo facto, ex instãtia cępta cũ alio non est infamis. h. d. ¶No. summariũ. No. qđ instãtia iudicij trãsit ad hr̃dẽ. Dixi plenè ĩ l. eũ hoĩem. j̃. de fideiu. videbitis plenè ĩ l. tam ex ꝯ̃ctib. j̃. de iudi. ¶Op. gl. duo. mo. dic, vt in ea. Sed q̃d si seruus ꝯdẽnet̃ suo noĩe, & ex noua instãtia, an erit infamis? Gl. dicit ꝙ sic: & potest esse verũ in lenocinio: vt l. athletas. §. Pomponius. s̃. eo. Secus in aliis delictis, vt l. pen. j̃. eod.

LEX XV.

Notatur. Ea q̃ non est p̃gnãs, si vt prægnãs ꝑ calumniã in possessionẽ mittatur, per s̃nĩam infamatur. h. d.

LEX XX.

Ob hæc verba. Verba iudicis vituperiosa cã cognita non prolata, infamiã nõ irrogant. h. d.
a No. tex. in fi. ꝯcordantias hẽs in gl. ¶Opp. ꝙ dãnat⁹ a talis sit infa-
mis, vt l. 1. §. ĩcidit. Ad Turpil. Gl. soluit trib. mod. q̃libet ẽ bona, &
notab. Ex q̃b. distingue sic, Aut qs fuit ꝓnunciatus instigator ĩter
locutoriè, aut diffinitiuè, & cã cognita. Primò casu nõ ẽ infamis,
vt hic fm primã lec. & C. eo. l. verbum. & l. interlocutio. Aut fuit
ꝓnunciatũ diffinitiuè, & tunc aut qs fuit instigator, & coadiutor
ad ꝓbationem, & libellũ, & sil'ia, & infamatur, vt l. ꝯ̃ria. Aut nõ, &
ñ infamat̃, vt hic fm scđam lecturã. Vl. gl. signat vnũ ꝯ̃riũ, & ñ sol-
uit. Dic qđ persuadere est immediata cã delicti, imò est ipsum de-
lictũ, hic ãt quæritur vtrum exhortari sit causa ꝑꝑ quã teneatur
đ alio delicto ꝑ aliũ ꝯmisso. Vel dic. vt no. ĩ l. sæpe. §. fi. j̃. de ver. sig.

ADDITIO.

a ¶Dannatus. Vide tex. & ibi Bar. in l. senatus. §. an ad eos. j̃. ad Tur.

LEX XXI.

1 *Testis si est condemnatus de falso, non nocet producenti, nec testi nocet si producens est condemnatus.*
2 *Periurus quando sit infamis.*
3 *Iudex potest non adhibere fidem testi, etiam plenè deponenti.*

a **Lutius Titius.** a Duas lect. hẽt, fm primam h. d. Si fides
attestãtionib. non est habita, ñ qa testes
falsum dixerunt, testes ñ infamant̃. h. d. sed fm aliã h. d. s̃nĩa lata cũ
ꝓducente falsos testes, nõ p̃t testib. infamiã irrogare. h. d. ¶Op. &
vr̃ ꝙ sint infames, quasi tacitè sint reprobati đ falso. arg. l. fi. đ fide
instr. Gl. sol. Primò dicas, qđ hic fuerunt reprobati, non tanquam
falsi, sed qa ñ reddiderũt bonã cãm dicti sui. Ista rõ est bona in se,
tñ aliã rõnem dedit Iurisconsultus, vt vidistis. Scđò mõ legit̃, qđ
posito ꝙ sint reprobati tanq̃ non veridici & periuri, ñ tñ sequit̃
ergo sunt infames. Hoc est verum, & nota per rõnem positam in
b text. qđ s̃nĩa lata fuit cum ꝓducente, non cum testib.b ¶† No. er-
1 go solenniter, quod licet ꝓducens condẽnaretur de falso, hoc ñ
p̃iudicat testibus, & econuerso, licet testis cõdemnetur de falso,
c hoc non p̃iudicat pro ducenti,c & idẽ in instr̃o, si vnus est condẽ
d natus de faso d instr̃o, & alius vtitur eodem instr̃o, ei vtenti non
p̃iudicat, vt l. si vteris. C. de fide instr. & ꝑ Doc. in l. 1. C. qui accu. ñ
poss. Et hoc est verũ quo ad probationẽ, sed facit aliqualẽ p̃sum-
ptionem ꝯ̃ eũ q vtitur. ad quod l. 1. in gl. C. de fal. & l. si duo p̃roni:
in prin. de iureiu. & l. renunciasse. §. fi. j̃. de adul. Op. qđ eo ipso qđ
e est periurus, e sit infamis, licet non sit cõdemnatus. vt C. de trãs. l.
2 si qs maior. Gl. distinguit, & bñ. Aut † qs iurat de p̃terito, & ñ est
infamis si deierat, nisi ꝯdẽnetur vt hic. Aut qs iurat de futuro, &
3 tunc aut iurat illi, cũ quo ꝯ̃xit & infamat̃ si deierat, vt in ꝯ̃rio. Aut
f iurat sibiipsi, vel Deo tm̃, & tũc nõ infamat̃, vt in fi. gl. ¶† Vltimò
g potes notare ex isto tex. practicam f l. testium. §. 1. j̃. de test. dum
h dicit. Tu magis g scire dẽs, &c. qđ posito qđ testes clare h ꝓbẽt fm
verba

ADDITIONES.

a Lucius Titius. Vide Bar. in l. si duo. in §. idem Iulia. de iureiu.
b Pom. Testib. Vide Pau. consi. 16. vol. 2.
c Paris. Producenti. Vide Com. consi. 66. ante medium. & consi. 74. in prin. vbi vult ista non procedere, quando solenniter, & in ordinario iudicio esset principaliter inter partes disputatum.
d De falso. Adde tex. & ibi no. in c. 2. de or. co. vide Bar. in l. 2. §. si publico. j̃. de adul. & Bar. in l. si vteris. C. de fide inst. & Inn. in c. verũ. ad fi. de foro cõp. fm qđ alleg. Bal. in l. 2. C. de eden. Quid autem si testes sunt condemnati de falso, an præiudicent producenti. Bal. qđ sic, in l. fi. C. si minor se maior. dixe.
e Est periurus. Vide qđ no. Bar. in l. is cui. de ver. ob. Et adde qđ dicebat Ang. in l. 1. q. res iud. non nocet. & aliquid in l. sæpe. de re iu. ꝙ si videatur qđ s̃nĩa sit lata contra p̃tãtem, hoc adiecto quod iudex noluit stare testib. nõ infamat testes. & quod sententia lata contra vnum, qui quasi ius non habet in ecclesia, non nocet eligẽtibus, Secus si passi fuissent ipsum disputare de iure eligẽdi, per d. l. sæpe. & facit optimè iste tex. & c. cũ dilectus. de ord. cog. Quid autem in tabellione, quod sic, de fi. inst. disputauit, an sentẽtia ei noceat, viđ đ hoc Ia. Bu. dixi post Bar. in d. l. sæpe. vtrum ãt sententia lata contra notarium de falso, præiudicet parti, vide Bar. in l. 2. de p̃uaric. Adde an periurus sit infamis, Cal. con. 5. de iureiu. Pom. Vide ad hoc gl. c. querelam de iureiu. Fel. in c. testimonium. de rescrip.
f Practicam. Vide Bar. in d. l. testium. & Bald. in l. cum magistratus, ad fi. C. qñ prouo. non est ne. adde tu Are. in c. quoniam contra, in fi. extra, de prob. & barb. in consi. 3. in 1. vol.
g Pom. Tu magis. Vide Ale. consi. 20. 4. vol. Fely. c. licet causam. no. 4. & c. quoniam cõtra. de prob. & ĩ c. cum venissent. de test. & c. in nostra. ver. p̃fertur etiam. eo. ti. & c. fi. de præsum. Barb. consi. 26. 1. vol. Fel. in c. de cætero. de re iu. & c. sicut. eo tit. Barb. consi. 3. vol. 2.
h Paris. Clarè: Adde, quod si iudex dicit in s̃nĩa, qa ꝑ tales testes fuit plenè ꝓbatũ iõ cõdẽno: licet testes hoc non ꝓbent, per hoc non redditur s̃nĩa nulla, vide ad bar. in l. 2. C. qñ ꝓuo. non est neces. Item dum dicit hic bar. quod p̃t iudex nõ credere, adde ꝙ dẽt in actis scribi facere, qua non credit, alias iudex appellationis reuocabit sentẽtiam. vide Abb. in c. cum ad sedem. in pe. nota. de rest. spol. vide ad dicta bar. hic barb. in con. 75. in 4. vol.

verba potest iudex, si sibi videbitur, eis non adhibere fidem, vt hic. Hoc tamen consulo faciendum ex causa ita, quod appareat ne postea teneatur tempore syndicatus.

LEX XXII.

1 *Notorium habet vim sententiæ.*
2 *Confessio extra iudicialis iuncta cum alijs indicijs, plene probat.*
3 *Confessus in iudicio crimen publicum, an sit infamis.*
4 *Confessus in iudicio in ciuilibus, habetur pro cõdemnato, secus in criminalibus.*
5 *Cautela vt quando quis credit se firmiter condemnandum ex causa famosa.*
6 *Damnatus per inquisitionem, secuta executione est infamis.*
7 *Dispensatum cum infamia non videtur, licèt quis grauetur in modo procedendi*
8 *Bannitus, & condemnatus per contumaciam, an sit infamis.*
9 *Iudex ex causa potest minuere pœnã, quãdo aliquis grauatur circa probationes.*

Ictus fustium. Br hoc dicit fm primã lec. Executio pœnæ corporalis ex cã famosa infamiam irrogat, licet snĩa nõ præcesserit. h. d. ¶ Op. executio non dẽt fieri nisi pcedat snĩa, vt C. de exe. rei iu. l. 1. j. de re iud. l. si cum nulla. Rñ. illud verũ rľr. Fallit qñ pcederet super notorio, qa notoriũ
1 † hẽt vim snĩæ, vt l. emptorem. j. de act. emp. & p Doc. in l. ea q. dem. C. de acc. & Spe. tit. de notorio crimine. Et ita potest intelligi q p hic erat crimen notorium, vel in eo dephẽsus. Dicit ẽt glo.
2 vnũ verbũ, si forte pfessus erat extra iudicium, certè nõ faceret crimen notorium, sed solũ semiplenã pbationẽ, vt l. capite quinto. j. de adulteriis. Sed vt saluet gl. dic, qđ erãt alia indicia simul
3 cũ pfessione iuncta q notorium faciebãt. ¶ † Quærit gl. qđ si esset pfessus crimen in iudicio? Dicit gl. qđ tũc esset infamis ex ipsa cõfessione absq; irrogatione pœnæ, vt l. qm̃. s. eo. l. j. in fi. de interro. actio. Nec ob. l. si pfessus. j. d custo. reo. qa fateor qđ dẽt ferri snĩa tñ ex sola pfessione est infamis. Idẽ vr tenere gl. in l. qm̃. s. eo. idẽ Inn. ex. de pœ. c. sup his. Ego dico al'r. Nã si bñ respicis verba edicti, ille notať infamia, q dãnatus est publico iudicio, vel aliqua a-
4 ctione famosa. Nunc † videndũ est vtrũ pfessus habeatur p cõ-
a demnato. a Et pstat q in ciuilibus pro pdẽnato hr, vt C. de pfes. l. 1. merito tũc ipse est infamis, si ẽ pfessus sup actione famosa. Sed in criminalibus confessus non hr p condemnato, vt l. si confessus. de custo. reo. merito nõ infamať, qa verba edicti hoc nõ patiunť. Ad primũ membrũ obstat fortissime j. ti. j. si reus, vbi in ciuilibus pfessus ẽt soluens non infamatur. Rñ. Aliud est confiteri simplr, qa hr pro cõdẽnato, & infamatur, vt dixi. Aliud est cõparere & soluere id, qđ petitur, tũc nõ hr p cõuicto, & pdemnato, imò ideò soluit ne in iudiciũ ingrediatur, & vt absoluatur ab instãtia iudicij, vt Inst. de ppe. & tẽp. ac. §. fi. & Inst. quib. modis soluit. ob. in prin. & hic casus in l. si reus. j. tit. 1. Vnde remedium est,
5 quando quis credit se firmiter cõdemnandum ex cã famosa añquam lis contestetur, soluat, & absoluetur, nec erit infamis. Ista ẽ notabilis prouisio in d. l. si reus. Ad secũdum membrum obstat s. eo l. quoniam Sol. illa loquitur in transigente, qui vr quodam modo aduersarium corrumpere data pecunia: hic verò loquiť in eo, qui verè confiteť, vt in secundo membro, quo casu nõ in-
6 famatur, nec iura repeiuntur q hoc dicant. Et ex hac † l. etiam no. hẽs, qđ posito qđ esset vera opi. eorum qui dñt, qđ dãnati p inquisitionem nõ sunt infames, vt no. in l. 3. §. præterea. de suspe. tu. tñ si est secuta executio, quia fustigatus, vel mitratus, erit infamis, p istam l. Et sic ẽt ex l. ista hẽs tertiũ modũ, ex quo irrogatur infamia iuris, qa qñq; ipso facto, qñq; p snĩam, vt l. 1. s. eo. qñq; ex gñe pœnæ, vt hic. Pet. nõ stat in ista lec. vt refert Cy. in l. nullã C. e. quia iste modus irrogandi ĩfamiã, lege, nõ repiť, & iõ tenet ipse scdam lec. q hic in gl. poniť, q statim dicã, sed qa gl. tenet istã, ego ẽt teneo, & puto esse verã: & placet plº ista pria lec. q sequẽs Nã fm aliã ista l. nihil noui induceret, fm istã inducit aliqđ noui, & hoc intendit facere hic Iurisconsu. Nõ. n. loqť hic interpretãdo edictũ. imò refert sic statutum eẽ principem vel senatum, vt patet hic in fi. dũ dicit forma statuta est. Præterea tex. dicit qđ cã ipsa cũ ictu fustiũ ĩfamat, ñ dicit đ snĩa, & illud qđ dicit dãnato irrogaret &c. hoc est dicere, cã cũ pœna secuta infamat eo casu, quo infamat snĩa sola. Scđò mõ legiť in gl. fm q h. d. Si in executione imponiť pena corporalis p pecuniaria, infamia non remittitur. h. d. de hoc dixi plene in §. pœna grauior. l. qđ ergo. ¶ Et no.
7 † ex hac l. fm primã le. qđ licet qs grauet in pcessu, seu in mõ p-
8 cedendi, pp hoc ñ vr dispẽsatũ cum infamia. ¶ † Quero b ergo
b vtrum exbãnitus, c & cõdẽnatus de aliquo maleficio sit ĩfamis
c cũ ex forma statuti hẽať pinde ac si eẽt pfessus? glo. vr tenere, qđ nõ in l. 1. C. de mõ mul. Quidã Doc. iã hoc cõsuluerũt, addẽtes rationem, qa cũ grauati sũt vltra legem, qa ex sola cõtumacia hẽanť tanq confessi, ergo vr cũ infamia dispensatũ, vt d. §. pœna grauior. Ia. Bu. in quadã disputatione vr tenere priũ, cũ. n. statutũ dicat qđ hẽať p pfesso, ergo oẽs leges loquẽtes de confessione verbali, trahuntur ad istã fictã, sicut in sili in ficta stipulatione, vt l. vni. in prin. de rei vxo. ac. & in eo qui fingitur semper fuisse in ci
d uitate, & sili, sed vere pfessus d eẽt ĩfamis, vt ĩ hac gl. no. ergo &c.
e Cõtrarium ego putò e primò qa in criminalibus confessus non est infamis, vt s. dixi. Vñ ex ficta confessione non infamať, nec ex condemnatione infamatur. Nam damnatus nõ personaliter, sed per mediã personã procuratoris, non est infamis, vt l. furti. §. si qs alieno. s. e. multo minus erit infamis iste, qui nullo modo fuit in iudicio. Pro hoc multum facit rõ dictorum Doc. quia fuit grauatus vltra legẽ, ergo &c. vt in d. §. pœna grauior. Nec obst. qđ dicit grauamen fuit circa processum: ergo non inducit dispensationẽ
9 super infamia, vt hic, qa † non fuit circa processum solũ, imo etiã circa probationes, & per consequens circa condemnationẽ. hic vero loquitur, qñ fuit grauamen solum circa modum procedendi, de veritate aũt constabat per notarium, vel alio modo, vt dixi. Faciunt ad prædicta quæ dixi in l. infamem. j. de publi. iudi. Et ea quæ dixi in exbannito, intelligas nisi sit executio penæ secuta in corpore. Nam tunc esset infamia ex genere pœnæ per hanc legẽ.

ADDITIONES.

a Pro condemnato. Vide Bar. in l. infamem. de pub. iu.
b Pom. Quæro. Vide Barb. consi. 3. vol. 2.
c Vtrum exbannitus. Vide tñ Bar. in l. non solum. §. fi. j. de proc. & probat tex. cum gl. in l. j. §. de qua autẽ restõne. s. de post. quod licet talis absens condẽnatus, sit infamis effectu, tñ si petat, & obtineat in integ. rest. p p iustam cãm absentiæ, tollatur infamia irrogata. bar. in istis locis vacillare vr: & ad hãc q. de qua hic per bar. adde Ang. & Imo. in l. infamẽ. de pub. iu. & quod ibi dixi post bar. & Spe. de sen. §. 3. versi. quid si de istis. & cum op. bar. hic, ẽt trãsit bald. in l. si tutor. C. de interdi. ma. & bar. in l. si ideo. j. de eui. & vide Sal. in d. l. si tutor. an ficta confessio infamet, de quo vltra hic no. vide Iac. But. in l. qm̃. s. eo. dicentẽ quod non, præterq in casu d. l. si tutor. & d. l. qm̃. Adde etiã bald. in l. etiam. C. de fur. & quid si statutum dicit, quod bannitus habeatur pro confessio, & snĩa hẽat effectũ, prout si lata esset in pñtem, an sit infamis, vide per bal. in l. j. C. de hær. inst. plenè per Ia. de Belu. in disputatione q ponit in l. fi. C. de req. re. Io. An. in Spe. de contu. §. sequit. in prin. & an ficta confessio infamet, vide per bal. l. cum mulier. j. sol. ma. adde vltimæ parti appostillæ. Paul. de Castr. consi. 198. Et an confessio ficta infamet, vide per Barb. in consi. 3. in 2. vol.
d Pom. Vere confessus. Vide Fel. in c. testimonium. de test.
e Clau. Ego puto. Sequitur Alex. consi. 114. vol. 2. bald. in c. nisi cum pridem, de renuncia.

LEX XXV.

Exhæredatum.

§. Si quis in libello. ¶ Not. quod iusta probatio mortis est, quod aliquis intrauit bellum, & modo non reperitur, arg. huius l. in fi.

De procuratoribus. Rub.

Quidam habent super rub. vnam gl. quæ est additio. Continua vt in ea. Quæro in quo differt procurator à defensore? Dic vt in gl. Vel dic procurator cum mandato, defensor sine mandato. Sed quærit gl. in quo differt iste titulus à titulo mandati. Dic vt in ea. ¶ Quærit gl. quæ est additio, vtrum in constitutione procuratoris posset fieri substitutio, vt si talis non erit procurator, talis sit? Respondet quod sic. & bene. Dic vt in ea, & quia ista gl. est additio. ipsam non habeo, sed eam pono.

LEX PRIMA.

1 *Plurale soluitur in singulare.*
2 *Titulus de negotijs gestis habet locum sine mandato expresso vel tacito.*
3 *Procurator in rem suam procuratorem constituit ante lit. contest.*
4 *Procurator, qui habet mandatum ad substituendum, potest constituere procuratorem ante lit. contesta.*
5 *Seruus & procurator ad negotia constituunt procuratorem ante lit. contest.*
6 *Prælatus ecclesiæ constituit procuratorem ante lit. contest.*
7 *Salariũ promissum procuratori in eius constitutione, impedit actionẽ mãdati.*



Rocurator. Primò ponit quid sit procurator. Secundò ad quæ põt constitui procurator. Tertiò ad quid est vtile. Quartò qualiter cõstituitur procurator. Quintò per quem constituatur. Sextò quis constituatur. Septimò ponit effectus cõstitutionis procuratoris. Secunda ibi, procurator autem. Tertia ibi, vsus autem. Quarta ibi, dari autem. Quinta in l. filiusfa. §. j. Sexta in §. ipse quoque. Septima in §. procurator. & de illa vlti. tractatur vsq; ad fi. tit. ¶ Redeo igitur ad primum, quid est procurator? Examinemus istã partem. Quero quare dicit aliena? Dic quia in propriis non cõsistit mandatũ. l. j. in fi. j. mand. ¶ Op. gl. ad hoc de procuratore in rem suam. Et rñdet optimè. Secũda
a tñ sol. verior est. Scđò quæro, a quare dixit, negotia. Respondeo, tanq verbum generale pplectens, seu pprehendens iudicia & negotia quæcunq;. Sed ad hoc op. gl. quia procurator pt constitui
1 ad vnum negotium, vt j. proxi. §. Rñdeo, & fateor, † quia plurale istud verificatur ĩ vno singulari, vt j. proxi. §. de neg. gest. l. 3. §. negotia. Et facit q licet statutum dicat de eo, qui produxit falsos testes in plurali, q habet locum ẽt in eo, qui produxit vnum testem tantum

ADDITIO.

a Secundò quæro. Pro ista natura vide Pet. de Ancha. in c. relatum. 2. de testa. & in c. j. de lit. contest. & vide gl. in clem. 2. de rescrip. & in l. 3. §. negotia. j. de negot. gest. & j. vi bonor. raptor. l. ait prætor. §. fi.

tũ, & sic de filibus. ¶ † Quæro, quare dixit, mãdato? Dicit gl. q̃a sine mandato hẽt locũ ti. de neg. gest. Hoc est verũ sine mãdato expresso vł tacito. De expresso hẽs hic, & C. e. & ꝫ. man. & C. mã. ꝑ totũ. De tacito hẽs ꝫ. de ope. nõ. nunc. l. 1. in fin. & ꝫ. vsufr. quẽadmodũ ca. l. 1. in fi. & l. 2. ¶ Itẽ q̃ro, quare dixit, dñi. Dicit glo. ad drĩam tutoris, & curatoris, & publicorũ administratorũ, q̃ nõ ꝯstituũt ꝓcuratorẽ añ li. ꝯtest. vt C. eo. l. neq;. ¶ Ad istud op. gl. tri-
3 pliciter. † Primò de ꝓcuratore in rẽ suã, q̃ facit ꝓcuratorẽ añ lit. ꝯte. vt l. illã. C. de do. Sol. ꝓcuratore in rẽ suã hẽt vtiles actiones suo noĩe, vt l. ꝯria. meritò facit ꝓcuratorẽ añ li. ꝯt. ad exercitiũ il-
4 larũ actionũ, q̃a illarũ dñs est. ¶ Scd̃o op. † de procuratore facto ad aliũ substituẽdũ, q̃ nõ est dñs, & ꝓcuratorẽ facit. Gl. rñdet illud verũ, si est sibi mãdatũ de certo faciẽdo, q̃a tũc dñs facere vr̃. Doctores dñt idẽ, si datũ est sibi mãdatũ de substituẽdo incertũ, pl. itẽ eorũ. §. si decuriones, ꝫ. ti. 1. & l. vnũ ex familia. §. si de falcidia. ꝫ. d̃ le. 2. Ipse. n. dñs vr̃ illũ noĩasse. Ita tenẽt Gul. & Cy. in l. qd̃ q̃s. C. eo. Et est casus hodie ex. eo. c. 1. li. 6. Vel sustinẽdo gl. possumus dicere, qd̃ illud, qd̃ dicit, dũmõ cert⁹ ĩtelligat, q̃a si facerẽ te ꝓcuratorẽ ad substituẽdũ Titiũ, & plures eẽnt Titij, ñ valeret, vt
5 d. l. duo sunt Titij. de test. tut. & sic ꝑt intelligi ꝫ. l. proxi. ¶ † Tertiò op. ad idẽ, q̃a seru⁹ ꝑt ꝯstituere ꝓcuratorẽ, & tñ nõ est dñs, vt l. seruũ quoq;. in prin. ꝫ. eo. dicit gl. ibi ad negotia, hic ad iudicia. Certè malũ esset, qd̃ hæc diffinitio solũ ꝯprehẽdat ꝓcuratorẽ ad iudicia. Iõ dic q̃ seru⁹ ꝯstituit ꝓcuratorẽ ad illa negotia, q̃ spectãt ad eum, saltẽ cura, & solicitudine. Si vł dicimus in ꝓcuratore ad negotia, q̃ substituit ꝓcuratorẽ añ lit. ꝯte. vt l. si ꝓcuratorẽ. §. 1. ꝫ. man. q̃a illud qd̃ mandat, ꝑtinet ad eũ cura, & solicitudine, & sic tanquam dñs mãdare vr̃, & eius noĩe gerit, vt l. mandato. ꝫ. eo &
6 hoc tenent Doct. in l. qd̃ q̃s. C. eo. ¶ Quartò ad idẽ † op. de plãtis
a ecclesiarum, q̃ ꝯstituũt [a] Procuratorẽ, ĩ auth. de san. epi. §. si q̃n. tñ nõ sunt dñi. Glo. dt̃, expone ibi ꝓcuratorẽ. i. syndicũ. Doc. n. ñ hoc nõ tenent. Nã licet ipsi nõ sint verè dñi rerũ ecclesiæ, tamẽ sunt quodãmõ vsufructuarij, & ideo cũ sint dñi illius iuris, meritò pñt ꝯstituere procuratorem noĩe eorũ, & pro suo iure. Sicut videmus in patre. qui est ltĩmus administrator filij sui, q̃ põt ꝯstituere procuratorẽ, vt l. 1. C. de bo. mat. licet gl. ibi al'r dicat. Hoc tenẽt Ia. Bu. & Cy. C. eo. l. neq; canonistæ. idẽ nec curãt de diuersitate noĩum, vtrũ dicat̃ ꝓcurator, vel syndicus, vel sił'e, vt in c. petitio. ex eo. & iõ bñ dñt notarij, qui dñt, talis rector ecclesiæ noĩe suo, & ecclesiæ ꝯstituit, sed debet dicere, pro suo iure quod hẽt in reb. talis ecclesiæ. ¶ Se. in tex. administrat. exponit glo. ꝫ. administrãdum suscepit, & bn̄, & adde gratis sine pecunia al's nõ
b esset mãdatũ, sed locatio [b], vt l. 1. ꝫ. man. † dicit Gul. non intelli-
7 gas si ego constituerem procuratorẽ, & ꝑmitterẽ sibi salarium qd̃ ipse non sit ꝓcurator totaliter qd̃ agere impediat, imo agere põt. & procurator est respectu eius ꝑ quo, seu ꝯ quem agitur, q̃a voluntatẽ dñi hẽt, sed nõ dr̃ procurator vt oriatur actio mãdati inter ꝯstituẽtẽ & procuratorem, sed oriet̃ actio locati, vel ꝯducti vel ꝑscriptis verbis. Tex. est no in l. nãlis. §. pe. ꝫ. de ꝑsc. ver. & hoc intellige, q̃ñ ĩ ipa ꝯstitutione promittit̃ salariũ. Si verò ex post facto ꝑmittit̃, vł daret salariũ, ad qd̃ tenet̃ tũc eẽt q̃dam remunera-
8 tio, & nõ impediret actionẽ mãdati, vt l. salariũ. ꝫ. man. † An ãt tutor, vel curator possit recipere salarium, dicemus ꝫ. mand. l. salarium, ad prædicta facit extra, de syndico. c. 1. & quod ibi notatur.

CONCORDIA.

☞ Procurator. Pro ꝯcordia aduerte, q̃ snĩa Barto. fuit in l. fin. ff. ad Treb. qd̃ pluralis loquutio nõ possit de necessitate verificari in minori numero duorũ. Contrariũ tñ alle. in hac l. 1. Sol. coadunatis verbis ipsius Bart. tã in hac l. j. quam in d. l. fi. sic dici põt. 1. opi. vera, vt in d. l. fi. si rõ recti sermonis hoc patitur, & ꝫm subiectam materiam. Nã in hac l. 1. iõ pluralis locutio verificat̃ in singulari, quia illa pluralitas comprehenderet ẽt singularitates, vt in simili in l. 2. §. homines. ꝫ. vi bono. rap. q̃a nõ profert̃ illa pluralitas in vniuerso, vt oĩa in vniuerso ꝯprehendat, sed est apta ꝯprehendere & oĩa in vniuerso, & oẽs particularitates in iudicio, cũ illud indiuiduum non abnegetur, hanc sol. probat tex. in l. nõ est sine liberis ꝫ. de ver. sig. in l. 3. §. hęc verba. ꝫ. de li. ho. exhi. Adde Arc. in c. at si clerici. §. de adulteriis. & c. dilecti. de iudiciis.

ADDITIONES.

a ¶ Cõstituũt. An plãtus possit cõstituere ꝓcuratorẽ, &c. & ẽt ꝑt añ lit. cont. ꝫn Inn. & Doc. in c. edoceri. de rescri. & adde no. in d. l. j. de bo. ma. licet gl. hic cõtra, & in d. §. si q̃n. adde gl. & Bar. in l. neq;. C. e. adde Io. And. in addi. ad Spe. ti. de proc. §. j. in prin. & an executores vltimarum voluntatum possint ante lit. conte. constituere procuratorem? vide Pau. de Cast. consi. 248.

b ¶ Sed locatio. Si procuratori promittatur salarium: adde Bal. in l. j. in pen. quæst. C. man. & Bar. in l. litem. C. eo.

§. Procurator. Gl. vr̃ facere drĩam inter procuratorem vnius rei & nunciũ. Nam nuncius semper confert verba in personam domini, procurator non.

§. Quamuis. Gl. hic videtur dicere, quod procurator ad vnam speciem videtur nuncius, & ideo debet concipere verba in personam domini, vt l. qui autem. §. fi. ꝫ. de pecu. & ibi plenè dixi in materia nuncij.

1 *Procuratorem qui mittit ad iudicem cum mandato insufficienti, est verus contumax, & amplius non est citandus.*

a Vsus autem. [a] Gl. est clara. ¶ No. qd̃ eo ipso, quod quis mittit procuratorẽ, vr̃ nolle ꝯparere in iu-
1 dicio per se. Et ꝑ hoc dico, † qd̃ ille qui mittit ad iudicem procuratorem cum mandato non sufficienti, non est amplius citandus tanquam vere contumax. Videtur enim declarasse se nolle ve-
b nire. De hoc tetigi in l. si finita. §. Iulianus. [b] de dãn. infecto.

ADDITIONES

a ¶ Vsus autem. Istum tex. limita in casu l. cũ miles. ꝫ. de alie. iu. mutan. cã. fa. ꝫm vtranque lec. & qd̃ vbi Bar. vbi est sing. casus, in quo quis cogit̃ personaliter agere vel defendere, & in l. 2. & ibi Bal. C. de his qui ve. æta. impe.

b ¶ §. Iulianus. Adde Bar. in l. 1. de iu. reipub. li. 11.

1 *Furiosus habetur pro absente, vbi sequitur aliq̃s cõsensus tacitus, vel exꝑssus.*
2 *Absens constitutus procurator recipiens mandatum, videtur ratum habere mandatum.*
3 *Procurator constitutus simpliciter, an videatur constitutus ad lites futuras, remissiue.*
4 *Procurator constitutus ad diem, an possit lite non finita illam prosequi.*

† §. Dari autem. Hic dr̃ de mõ ꝯstituendi ꝓcuratorẽ, † ¶ Op. q̃ furiosus hẽat ꝓ absente, vt l. vbi non voce. §. furiosus. de re iu. vł abñtis aliq̃s ꝯsensus tacitus,
1 vel exꝑssus. † Bñ, vbi ñ req̃rit̃ pñtia, furiosus hr̃ ꝓ abñte, vt l. ꝯria. Sed vbi abñtis aliq̃s ꝯsensus req̃rit̃, vt hic ñ hr̃ ꝓ abñte: & lĩ ẽ, qd̃ dt̃ tex. i d. l. vbi ñ voce. §. furiosus. ¶ Op. d̃ l. itẽ. §. sed si ita. ꝫ. ti. 1. So.
2 vt in gl. q̃ro † vtrũ absens ꝯstitut⁹ ꝓcurator recipiẽdo instrm̃ videat̃ ratũ hr̃e mãdatũ? Text. ẽ qd̃ sic, in c. 1. d̃ ꝓc. in cle. ¶ Quero,
3 dr̃ hic qd̃ ꝓcurator ꝑt ꝯstitui ad litẽ futurã, an † ꝯstitutus simpłr videat̃ ꝯstitut⁹ ad lites futuras, dicã ꝫ. l. oĩum. Quæro, dr̃ hic qd̃ ꝓ
a curator ꝑt dari [a] vsq; ad diẽ, qd̃ si adueniente diẽ, lis † ñ sit finita,
4 vtrũ poterit eã ꝓseq̃? Vr̃ q̃ sic, q̃a ꝓcurator ñ ꝑt reuocari post li. ꝯt. vt ꝫ. l. post litẽ. Pro lĩ C. vt cã̃e post pu. adsit tu. l. j. & l. ita ãt. §. fi. ꝫ. de admi. tu. Ia. d̃ Are. distinguit sic. Aut ꝓcurator erat g̃nał'r ꝯstitut⁹, & tũc finito tpe ꝑt adeẽ, vt cãm ĩpleat, vt d. l. 1. & d. l. ita ãt. §. fi. Aut fuit ꝯstitutus ad vnã litẽ, & tũc aut ex pte actoris, & tunc adueniẽte die expirat eius officiũ vt hic. Aliud est, n. in ipso mandato diẽ apponere, aliud post simplex mandatũ, & lĩ. ꝯte. reuocare, arg. C. de eui. l. si post ꝑfectã. Aut loq̃mur in procuratore ex parte rei, & tũc ab ipso initio ꝑt actor talẽ procuratorem non admittere, q̃a ꝑ talẽ ꝯstitutionẽ vr̃ velle reus actorẽ distinguere in plures aduersarios. s. vnum vno tpe, alium alio: qd̃ nõ ꝑt, vt l. iam tñ. §. si tamen plures. iudi. sol. & l. ne in plures. ꝫ. de ex erci. & sic non videtur rectè defendi, vt l. 2. §. 1. ꝫ. quib. ex cau. in poss. ea.

ADDITIONES.

† Glau. ¶ Procuratorem. Qualiter potest procurator cõstitui inter absentes, vide gl. Bar. in l. in causæ. §. si ex parte. ꝫ. eo. gl. in cle. 1. hoc ti.

a ¶ Quæro dari. Adde. videndum Pau. de Ca. consi. 334.

LEX V.

a † Præsens. [a] No. quis dicatur esse præsens, † & quis absens. Dic vt in gl.

ADDITIONES.

a Præsens. Et de multipici genere absentię, vide in l. absentẽ. ꝫ. de ver. sign. & in l. j. §. q. pñs. de ver. ob. in Auth. de fideius. §. 1. legitur, & no. in l. 4. §. abesse. & prin. de dã. infe. & hic, & qd̃ no. Bar. in l. 1. de lib. agn. ꝑ Io. An. post Arch. in c. si delegat⁹. de offi. dele. in 6. An ãt q̃s ꝑsumat̃ absens, dicit̃ in Spe. de actore. §. postq̃. quẽ seq̃t̃ Bal. in l. fi. §. necessitatẽ. ĩ fi. C. d̃ bõ. q̃ li. qd̃ no. ad auth. ꝑsente. C. de fideius. & Adde, q̃ recedens, & q̃ reuersus est, hr̃ ꝓ ꝑsente, ꝫm Bal. in auth. habita. & qd̃. dixi, an q̃s ꝑsumatur pñs, vide qd̃ no. Bar. in l. relegati. de pen. & q̃n dicat̃ abñs, vide in l. fi. & ibi gl. C. de ꝑscr. lon. tẽp. ꝑdictis adde Bar. & ibi dixi in l. testamento. ꝫ. de al. le. Et dicit Bal. in l. fi. §. vbi ãt. C. de bo. q̃ lib. per illum tex. q̃ ille dr̃ absens, qui longè abest. Quod facit ad multas q. stãtutorũ, ꝫm eũ adde quis dicatur absens, & præsens, & cui incumbat onus probandi absentiam, bal. consi. 363. & 364.

Paris. ¶ Vide Fel. late in c. quoniam. extra, vt lit. non conte.

† Clau. ¶ Præsens. An autem pro ꝑsente possit interuenire in iudicio simplex defensor, vide bal. in c. ex parte Decani. de resc.

LEX VIII.

1 *Procuratorem quis solus constituit ad ea, quæ solus facere potest.*
2 *Filiusfa. in castr. pecu. sine consensu patris esse potest in iudicio.*

a Filiusfa. [a] Filiusfa. ꝑt ꝯstituere procuratorem ad oĩa, quæ ipse sine pr̃e gerere ꝑt. h. d. ¶ No. regulã, qd̃ ad ea,
1 † q̃ q̃s ꝑt solus facere ꝑt solus procuratorẽ constituere. Exemplũ habes in filio. Idem in minore, vt l. diuus, in fin. ꝫ. qui pe. tu. & ibi no. & l. 3. §. 1. rem rat. habe. & de rest. spo. c. ex parte. Et de re iu. cũ
2 I. et A. & ibi ꝑ canonistas. ¶ † Scd̃o no. qd̃ in cast. pec. ꝑt filius esse in iudicio sine consensu patris. Simile in l. miles. in prin. de cast. pe. & sic reprobatur gl. quæ est in l. cum nõ solum. §. necessitate. de bo. quæ lib. & est hodie tex. extra, de iudic. c. 1. lib. 6.

ADDITIO.

a ¶ Filiusfa. Ad intellectum ver. sed puto. adde in l. si cum dotem. §. si pater. sol. mat. vbi addit, quia filia debet cauere de rato.

Pom. ¶ Amplia aliqualiter, vt per Fel. in rub. de test. cog. Ant. Ale.

§. ipse

§. Ipse quoque filius. Quæro vtrum requirat̃ cõsensus pris, qñ filius agit noĩe alterius? Gl. in l. cũ nõ solũ. §. necessitate. C. de bo. q̃ lib. dicit qđ sic, qđ reprobant Doc. per hũc tex. & ẽ casus hodie in c. q ĝnaľr. ex eo. li. 6. & §. necessitate. loquitur quando filius agit suo nomine.

§. Inuitus. Op. qđ isti administratores cogantur inuiti, vt s. tit. 2. l. puto. j. de mu. & ho. l. si quis magr̃atu. So. Aliud in procuratore, qđ est offiñ voluntariũ, aliud in tutore & curatore, & administratore ciuitatis, vt in ɔrio. Quid in curatore bonis dando? Dic ꝙ nõ dat̃ nisi ex cã, vt in gl. ¶ Opp. de l. nõ tm̃. j. de ap. & l. addictos. C. de ap. So. gl. dicit ibi, qđ datur inuito. certe ibi hẽt mãdatũ à lege nõ ab hoĩe, & inuitus ipse non cogitur. Vlt. gl. hic recitat mãm, vtrum q tacet consentire videatur de qua ẽt in l. Caius. j. de pig. act. & per Dy. in c. is qui tacet. extra de re. iu. lib. 6. & per Cy. C. eo. l. inuitus. Ego plene dixi in l. quæ dotis. j. Sol. mat. quam repetij.

1 *Veterani possunt esse procuratores.*
Milites nostri temporis possunt esse procuratores.
2 *Militantes in castris non possunt esse procuratores.*
Miles cœlestis militiæ non potest esse procurator.
3 *Iudex ex officio repellit procuratorem inhabilem.*
Iudex ex officio supplet in his, quæ pertinent ad vtilitatem publicam.
4 *Tacite omitti quædam possunt, quæ tamen non expresse.*
5 *Qui non potest esse pro se, quando pro alio esse possit.*

1 §. Veterani. † No. qđ veterãi pñt eẽ ꝓcuratores. Exlĩ apparet qđ milites nr̃i tp̃is, qñ habitãt ĩ castris
2 sed stãt p plateas, pñt eẽ ꝓcuratores. ¶ Scđo no. qđ † milites mi-
a litãtes [a] ĩ castris ñ pñt eẽ ꝓcuratores, & eadẽ rõne nec milites cœ
b lestis militiæ. s. dei, vt dt gl. & bñ. ¶ Tertiò no. [b] ex eo qđ dicit tex.
3 nec si velit aduersarius, † ꝙ iudex ex suo offi. [c] pt talẽ ꝓcuratorẽ
c repellere. Et idẽ puto in his oĩb. quæ publicã vtilitatẽ respiciũt, [d]
d si à parte omittant̃, pt iudex supplere, per hunc tex. cum glo. in
e l. quos ꝓhibet. s. ti. 2. dixi in l. 4. §. hoc ãt iudicium. j. de dam. infe. [e]
4 ¶ Vlt. no. qđ † q̃dã pñt omitti tacitè, q̃ non pñt omitti expressè. Simile in iuramẽto calũniæ, vt dixi in l. 2. §. sed qa veremur. C. de
f iur. ca. Itẽ ex hoc tex. [f] cũ gl. potes hr̃e determinationẽ, qđ licet ille, q ñ pt eẽ aduocatus, ŝm tit. de posth. si tñ fuerit aduocatus, ñ vitiat̃ ꝓcessus. Et istud vr̃ verũ in eo, qui licet non possit esse pro
5 curator pro alio, pro se tñ potest esse in iudicio, vt miles. † Sed si esset talis, qui nec pro se, nec pro alio posset, vt seruus, vel pupillus, tunc non valeret iudicium quia non habet sua substantialia, vt l. 1. C. qui legi. perso. stan. in iud. ha. facit l. 2. §. 1. s. qui satis. cog.

ADDITIONES.

a ¶ Milites militantes. Adde Bar. in l. militem. C. eo. & Io. And. in c. nr̃a, extra eo. & idem Gul. bal. & Ang.
b Tertiò no. Adde gl. j. eo. l. neque fœminæ. Sed dic vt no. in c. sopitæ. de censi. Inn. in c. 1. de oblig. ad ratiocinia.
Pom. Vide bar. consi. 105. & consi. 62. vol. 1.
c Paris. Ex suo officio. Vide Fel. in c. causam. de iud.
d Respiciũt. iudex ex officio pt repellere ꝓcuratoré inhabilé adde tex. & gl. in c. exceptioné. §. fi. de exc. ex quo pt repellere bãnitũ, vel excõmunicatũ. & puto ꝙ cum hoc casu officium iudicis succedat in locũ exceptionis, non poterit supplere vltra tempus excipiendi. Et idem tenet Ia. de Are. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. & bal. in c. dño guerram. in ti. hic finitur lex. in vsibus feudo. vbi hoc sequitur. & ad hoc no. per bar. adde bal. in l. exceptioné. C. de ꝓbat. sed ipsemet bar. tꝫ contrarium in l. inter quos. §. alieno. & ibi viđ, de dam. infe. & vide gl. in c. j. đ elec. in 6. q̃ alle. bald. in l. licet C. eod. & aut. offeratur. de lit. conte. & in d. l. exceptionem. adde quod iudex possit repellere procuratorem non idoneum, Ro. consi. 60.
e Clau. Dam. infe. Vide bal. in c. de causis. de offi. dele. Ale. l. properandum. C. de iud.
f Poma. Item ex hoc tex. Vide aliqua similia per Old. consil. 130. vide in simili Alex. consi. 63. 4. vol. Fel. c. post cessionem. de prob.

1 *Procurator cogitur suscipere iudicium, quando dominus pro eo satisdedit.*
2 *Procurator constitutus ad agendum, & defendendum, & absoluendũ, & satisfaciendũ, nõ potest præcise cogi vt soluat circa expedienda extra iudicium, in iudicio autem cogitur de rebus domini.*
3 *In contractibus extraiudicialibus quis non cogitur præcise ad factum.*
4 *Præcise cogi quis non potest ad factum, quando allegat iustam causam*
5 *Procurator si sit datus ob absentiam domini, mandatũ finitur domino reuerso.*

§. Procuratorem. Procurator, pro quo sciẽter dñs satisdedit, cogit̃ ꝑcisè iudiciũ su-
a scipere, nisi ex cã ltĩma excuset̃. h. d. No. casum, [a] in quo qs ꝑcisè cogitur ad factũ. Sed ɔ̃ hoc op. j. eo. l. nõ cogendũ. §. Sabinus. Gl. so. optimè, q̃ vide & no. Habetis ẽt latius p gl. j. eod. l. sed & hæ. §.
1 ꝑter. Vides ergo qđ † qñ dñs satisdedit, p procuratore ɔsentiẽte, cogit̃ ꝓcurator pñs suscipere iudiciũ. ¶ Pone ergo ŝm qđ fit ɔtidie, ꝙ dñs in instr̃o ꝓcurationis ɔfecto ꝓcuratore absente satisdedit, ꝓcurator postea suscepit mandatũ, an ex isto consensu cũ satisdatione ꝑcedenti possit cogi suscipere iudiciũ? Textum hẽmus hodie qđ sic extra de procuratorib. c. 1. in cle. Et sic hæc gl. recipit duplicẽ limitationẽ dũ dicit, quo ɔsentiente, s. tpe satisdationis, vel postea. Item qđ dicit, dñs satisdedit, ĩtellige in iudicio, vel extra. Facit Inst. de satis. §. si vero aliquis. ¶ Sed quæro, pone in mãdato dr̃, facio te ꝓcuratorẽ ad agẽdũ, vel defendẽdum, &c. & ad soluẽdũ, & satisfaciẽdũ, vtrum procurator coget̃ ꝑcise soluere? Vr̃ quod nõ p istũ tex. q solũ cogit ꝑcise ad iudiciũ suscipiendũ, nõ ad aliud. In ɔ̃riũ facit rõ posita in gl. qa ita falleret fidẽ duob. si nõ vult satisfacere, & soluere, prout venit in mãdato, sicut si nõ vult defendere. Pro hoc vr̃ tex. in d. c. 1. de proc. in cle.
2 vbi dt, in iudiciis, & in aliis negotiis. Sol. † solutionem & satisfactionẽ, q̃ veniret expediẽda extra iudiciũ, nõ cogit̃ ꝑcise ꝓcurator facere, qa istud quòd ꝑcise cogat̃, est spãle in iudiciis, vt hic ĩ fi. gl. Sed si esset expediẽda in iudicio, quia forte fieret executio iudicati: tunc si procurator possit satisfacere de bonis dñi, putò quòd cogatur præcisè, per d. c. 1. Et quia est eadem ratio: sed de suo procurator satisfacere non cogitur. Quod apparet ex legi. seq. vbi pp incõmodũ rei familiaris ipse procurator excusatur, ne præcise defendat vt si obuenit ei hr̃ditas, vel simile. Vnde nõ
3 cogitur præcisè ad aliud, pp qđ res suæ incõmodarent̃. ¶ † Ad ŝm qđ dicit gl. ꝙ in ɔ̃ctibus extraiudicialibus non cogit̃ qs ꝑcise ad factũ, dic plenè, vt dixi in l. stipl̃ones nõ diuidunt̃. j. de ver. ob.
4 ¶ No. ex isto §. cũ † istis ll. seq. qđ licet lex dicat aliquem cogi ꝑcise ad aliquid, debet intelligi nisi iustam causam excusationis alleget. Vlt. vide gl. super l. vel hæreditas. in prin. dum dicit, qui cæperat abesse dato procuratore. No. qđ qñ procurator dat̃ ꝑpter absentiam dñi, finitur mandatum dño reuerso. facit j. mand. l. q mutuam. §. non ideo, & quod ibi no. dicam j. eod. l. post litem.

ADDITIO.

a Barb. No. casum. Vide per gl. in l. stipulatio. §. fi. j. de ope. no. nun. Idem dicas si accessit iuramentum. gl. est sing. in l. si pecuniam. j. de cond. ob cau.

LEX XV.

post facto malæ fidei, quidã semp malæ fidei, & hos possessores
sequit̃ gl.distinguendo & in quolibet istorũ gl. q̃rit tria, an pos-
sessor faciat fructus suos, & vtrũ eos restituere teneatur, & qua
c actione.c Circa primum.s.possessorẽ bonæ fidei.† Quæro an pos
5 sessor bonæ fidei faciat fructus suos: Et gl.dicit ꝙ nõ de nãlibus.
d l.fructus.ĩ.de vsur. Sed fruct⁹ industriales facit suos, d absq; distin
ctione cũ titulo, vel sine titulo. Nõ ob.l.bonæfi.in prin.ĩ. de acq.
re.do. Nã intelligo ibi oẽs.i.à quocunq; pceptos, & in hoc resi-
det gl.hic, & in d.l.bonæfi.& gl.insti.de rer.diui. §. si qs à nõ dño.
e Et in hoc ẽt residẽt Vltramõ.C.e.l.certũ. Sed ista opi.est ɔ̃ e l. bo-
næfid.in prin.q̃ ibi dicit, ꝙ bonæfi.emptor facit fructus suos, nõ
solũ quos pcipit industria, sed ẽt oẽs, vñ vt sit bona aduersatio,
oportet intelligere, sed oẽ.s.ẽt si quos nõ sua diligẽtia pcipit: al's
f ad pmissa nõ aduersaret̃. Iõ Iac. de Are.f ibidẽ, & Ol.sequẽdo eũ,
in istis fructibus nãlibus, dicunt, qđ si bonæfi.possessor hẽbat titu
lũ, facit suos, vt d.l.bonæfi. Nã rõne possessionis efficiunt̃ sui, nõ
rõne seminis, & culturæ.l.q scit.§.in alieno.ĩ. de vsur. Si verò nõ
g habet titulũ, g vel hẽat talẽ q hr̃ ꝓ non titulo, sine dubio non fa-
cit suos.d.l.fructus.ĩ.de vsur.& hoc magis placet mihi. In fructi.
industrialib.gl.dicit bñ, sm̃ oẽs. de accessionib.verò ciuilib.gl.nõ
tetigit. Dic, ꝙ si possessor bonæfi. eos pceperit ex sua diligentia,
qa ipse locauit, facit eos suos. Et soluẽs ei liberat̃: al's posset esse du
biũ, qđ dic vt dixi ĩ l.si vrbana ĩ.de ɔd.ĩde. q̃ est val . e no.l.ad ista.
6 ¶ Quæro, qñ facit fructus suos, & qñ ñ, vtrũ † teneat̃ ad restõnẽ,
h & quo iure, h & qua actiõe? Dicit glos.eo ipso ꝙ nõ facit fructus
suos, vt in fruct.nãlib.si extant, tenet̃ restituere rei vẽd. si sunt cõ
sumpti, & est factus locupletior, tenet̃ ɔdõne sine causa, p l.si me
& Titio, ĩ.si cer.pe. Si verò nõ eẽt locupletior, nõ tenet̃, vt hic in
gl.q̃ dicit verũ aliquo tñ addito, vt ĩ.dicã. Si verò loqmur đ fruc.
industrialib.quos facit suos, si extant, tenet̃ iudicis officio, nõ rei
vend. qa sui sunt.C.e l.certũ. Pro hoc dico, ꝙ in pcedenti casu qñ
fructus nõ facit suos, pt cogi iudicis officio ad restituendũ eos:
æquitas em̃ iudicis offõ se extendit ad hoc, multo magis qñ po-
i stea est effectus dñs. Si verò ɔsumpti, i tunc dicit gl.qđ non tenet̃
k ad restituendũ, k ẽt posito qđ possessor factus sit locupletior: nã
eos lucrat̃ ꝓ cultura, & cura, vt d.§.si qs à nõ dño. Et sic vides qđ
fructus nãles ẽt ɔsumpti veniunt in restõne si factus est locuple-
tior possessor: secus in industrialibus. Ita tenet gl insti.de offi.iud.
7 in prin.al's §.j.& in d.§ si qs à nõ dño. Cõtra hoc vr̃. † qa bonæfi.
possessor tenet̃ inq̃tũ est factus locupletior.l.itẽ veniunt, §.item
eos.& l.sed & si lege, §.ɔsuluit.cum §.seq.s̃. de pet hær. Pet.ĩ ndit
aliud ibi.s.in petitione hær. qa est iudiciũ vniuersale. & sic auget̃
pet.hr̃ditatis ꝓpter æstimationẽ fructuũ, vt s̃.de pet.hær.l. si & rẽ
& pretium. secus in rei vend. vbi fruct.cõsumptis cessat oẽ reme
diũ, qa Doc.huic gl.cõiter acquiescũt. dubito tñ gratia collatio
nis, & inuestigãdi veritatẽ ꝓ mõ teneo ɔ̃. Nã ɔdõ sine cã. quę dat̃
ex ęquitate l.si me & Titiũ.ĩ.si cer.pet.hẽt locum nõ solũ si qs fa
ctus est locupletior ex re mea, sed etiã ex re mihi debita, vt ibi pa
tet: licet enim fructus industriales nõ sint petitoris, tñ sunt sibi de
8 biti. Debitũ † enim dr̃ qđ iudicis officio venit, l.pecuniæ.la gran-
de.§.pe.& fi.ĩ.de verb.sig. ergo hoc potest peti condictione sine
causa. Pro hoc vide text.in l.item si verberatũ, vers.nam & si fru-
ctus, s̃.eo. nisi intelligeres de fructib.nãlibus. Pro hoc videtur ex
pressum ĩ.de condi.indeb.l.indebiti.§.j.& quod ibi notatur. Præ-
l terea, si hoc est in petitione hæreditatis, l vbi petitor habet min⁹
iuris, vr̃ multo magis in rei vẽdicatione, vbi maior æquitas est ex
9 parte petitoris, l.officium, s̃.eo. ¶ Venio ad secundum †.s.ad pos-
m sessorẽ q fuit ab initio bonęfi.m ex post facto malæfidei. Gl.dicit,
sufficit quantũ ad hoc vt faciat fructus suos, quòd ab initio fue-
rit bonæ fidei.ĩ.de vsu.l.qui scit.§.præterea. nec obst.ĩ.de acquir.
rer.do.l.bonæ fidei.§.in contrarium. quia ibi opponendo, non
ponendo

ADDITIONES.

a Putarẽ sic dicẽdũ. Qũo intelligant̃ fructus, & q pcipi potuerũt, adde quod no.Raph.maior.in l.si nauis.in fi.& Raph.Cu.in d.l.apud Iulia.§.j.de leg.j. q tenet cõtra Bar.& vr̃ in hac materia ponere veritatẽ, & vide in l. creditor, C.de pig.act.& Bar.in l.2.C.de pe.hr̃.& dixi in l.pomũ.hic alleg. Adde ꝙ no. Bal.post Bar.in l.v.C.de fruct.& li.expẽ.& q d in vẽditore, q percepit ex re vendita plures fructus, q̃ pcepisset ẽptor, an oẽs teneat̃ restituere, vide Bar. in l.rõ.§.si emptor.ĩ.de actio.emp. adde qũo intelligatur de fructibus perceptis.& qui percipi potuerunt, Bal.consi.190.j.lib.& 54.v.lib.

b Paris. ¶ Sunt bonæ fidei. Vide Com.cõsi.160.ad fi.vide ẽt casum illius consi.

c Pom ¶ Et qua actione. Vide Ale.consi.121.in fi.4.vol.

d Facit suos. No.ꝙ fructus cõsumpti á bonæ fidei possessore, nõ veniunt restituendi.l.certũ.C.e.illud.s.ẽ verũ in iudicio singulari, secus in vli.l.nõ est ambiguũ.& ibi gl.Cy.& Bal.C.fa.erc.per Ange.in l.Nesennius.§.j.de re iu. qũo ãt ꝓbatur q̃titas perceptorũ fructuũ, vide Bal.in l.j.ĩ fi.C.de fruc.& lit. exp. & in ista materia semp intelligas exceptuatũ id, qđ dr̃ in l.si vrbana. vbi est casus sin.ĩ.de cõdi.indeb. Adde qñ bonæfidei possessor faciat fructus suos, Ang.cõs.110.& an teneat̃ de cõsumptis, licet sit factus locupletior, per eundem consi.83.& 134. Abb.consi.106.

e Poma. ¶ Est cõtra. Vide Alex.cõ.121.in fi.vol.j.Fel.c. de quarta .de præscript.

f ¶ Ia.de Are. Vide Ant.plene in c.grauis.de resti.spol.

g ¶ Nõ hẽt ti. Limita hoc, n.si quis possedisset lõgo tẽpore etiã sine titulo, quo casu p̃sumitur bonæ fidei, & fructus lucratur, sm̃ Bal.& Ang in l.pe.C.qui.nõ ob.lon.tẽp.præscrip. Et pro intellectu, & limitatione istorum, vide singulariter per Imo.in l.Nesennius.§.j.de re iud.

h ¶ Et quo iure. Vtrũ qñ fructus, quos possessor facit suos, teneat̃ restituere, & ea q̃ hic dñr de restitutione fructuum procedũt nisi possedit istos fruct⁹ per bienniũ, vt per Bar.qui ita limitat hanc materiam in l.sequitur.§.fruct⁹. de vsucap.& in l.3.circa fi.ꝙ met.causa, & vide no in materia per Bar.in l.ꝙ Nerua.ĩ.deposi.in vers.fallit.& Imo.post Ang.in d.l.fructus.& Bal. in l.j.C. de vsu.& fruct.leg.

i Paris. Si verò sunt cõsumpti. Itẽ ꝙ ille qui tenet̃ solũ inquantũ est factus locupletior, nõ teneatur nisi ad æstimationẽ, q̃ erat tempore cõsumptiõis, nõ ãt tpe litis motæ, vel sñiæ latæ. vide Io.de ana.cõ.28. Itẽ an p̃sumatur factus locupletior, vide Soc in l.in pupillo.ĩ.de exce. Alex.in l.mulier.§.cũ proponeretur, ad fi.ad Trebe. Item non decidit in ista materia fructuum, qũo bonæfidei possessor teneatur, & quid si sint cõsumpti ꝙ nõ p̃sumatur fact⁹ locupletior, nisi ꝓbetur, & multa alia, vide oino Cur cõ.71.& p discursum ĩ dubio p̃sumunt̃ cõsumpti, nisi ꝓbentur extare vide Com.cõ.104.in 3.subscriptione, vel 4.in cõtrariũ vide Alex.in l.pen.in fi.prin.ĩ.ad leg.falc. Inquantũ dicit ꝙ si sint cõsumpti & est effectus locupletior, teneatur in cõtrarium vide Ale.ĩ l.si me, & Titiũ.ĩ.si cer.pet. Cõtrariũ tenet Cõ.& dicit istã eẽ cõem sñiam cõtra Bar.cõs.109.in vlt.dub.nisi in petitione hr̃ditatis, vel alio iudicio vniuersali, vide per eũ.& ibi ẽt ꝙ in dubio p̃sumat̃ bonæfid.possessor, itẽ de veritate istius an sit factus locupletior, vide Fel.in c.de quarta. de præsc. vbi multas bonas remissiones allegat, maxiè circa hoc, an p̃sumatur in dubio factus locupletior, & allegat aliqua ꝓ, & cõtra, & tenet ꝙ ñ p̃sumat̃. vide p eũ oino q ẽt ponit modũ petẽdi tales fruct⁹. Cõtrariũ vult Ale.cõs.63. in 2.vol. Itẽ circa istã materiã adde ꝙ iuris error excusẽ à fructib. Frã. cõsi. 17.Bal.Sal.& Ale.in l.j.C.de his q b.vt indi.Pan.in c.dilecto.extra.de pb. Ale. cõ.225.& dixit Bal.in l.2.C.si qs ignorẽ mino.eẽ ꝙ si psona ẽ digna, ꝓbatur talis error per iurm̃. Et qũo errãs in iure faciat fruct⁹ suos, vide Fel.in c.de quarta.de pscr.q̃ hẽs ad Bart.in l.sed & si leg.§.scire.s̃.de pe.hr̃. Itẽ regulam hẽntẽ ꝙ titul⁹ excusat à percipiẽdis, limita nõ ꝓcedere in pupillo agente. Vide Ro.cõ.454.ad fi. Itẽ no.ꝙ bonæfi.possessor p̃scribit fruct⁹ vsurpatos sine alio titu. qa in istis accessoriis sufficit titul⁹ gñalis ꝓ suo. Bal.in l.j.C.de vsur.& fru.l. Itẽ qñ filij perũt dotẽ mr̃nã. q fruct⁹ sint restituẽdi vide Pau.đ Ca.cõ.110 vide de materia Fel.in d.c.de quarta. De fructib⁹ pẽdẽtib⁹, an intelligant̃ deductis expẽsis, vide Barb in trac.de gabel.in 7.par.9.partis prin. Itẽ no.ꝙ nõ dr̃ dãnũ dare q tanq̃ possessor percipit fruct⁹, sm̃ Bald.de pace Cõst.in ver.possessione. Quædã alia in materia, qũo qs lucretur fructus. viđ ibi in ver.si qui ex parte nostra. Quid autẽ in beneficialibus an quis lucret̃ fructus non obstante iuris errore, vide Abb.in c.dilecto.de præb.

k Ad restituendum. bonæfidei possessor fructus industriales quos fecit suos, restituere non tenet̃ si sunt cõsumpti.sed q̃ est rõ, vide Bal.in l.2.C de fruct. & lit.exp & ibi q d si nõ sunt cõsumpti, sed cõmitti. Quando autem dicunt̃ fructus consumpti, vel non, vide not.per Bar.in l.vbi adhuc.C. de iure do.& istis adde Bal.in l.j. C.de vsu.& fru.leg.

l In petitione hr̃ditatis. In vniuersali, bonæfidei possessor non tenet̃, nisi inq̃tũ factus est locupletior. sic per Bal.in l.2.in prin.C.de fruct.& lit. expen. per Bal.in l.j.C.de vsur.& fruct.leg. vbi tenet opi.gl.contra Bar.

m Ab initio bonæfi. Si ab initio fuit bonæfid. postea fuit malæfide. i Adde Bart. & Doc.l.2.C.e.& Inn.in c.consultationibus, de iure patr.in l.sequitur.§. fructus, de vsucap. Bal.in l.2.de ser. Bal.in l.j.in duobus locis.C.de vsucap.trãsfor. vide vnũ no.verbũ Bal.in l.2.in fi.C.de fru.& lit.exp.& no verbũ in l. ancillæ.C.de fur. Et an percipiẽs, & cõsumẽs fructus mala fide, cõmittat furtũ vide sing.Bal.in l.mala fide.C.de condictio.ex lege.& in l.2.C.de fruct.& lit. expen.ꝙ si possedit authore prætore rem mala fide, an lucretur fructus, vide in l.in fideicõmissi.in prin.ĩ.de vsur.& quãdo ꝓpter negligentiã non petentis, quis lucretur fructus. vide Ia.de Are.& Bar.in l.si mora.sol.mat.

ponendo dicit: sed licet faciat fructus suos, tñ ad restitutionẽ eorum tenetur indistinctè, postq̃ mala fides supuenit, nec curo sup uenerit verè, vel fictè. d. §. ꝑterea. & C. eo. l. certum. Qñq; supue-
a nit mala fides [a] cum mutatione ꝑsonarum. vt si hrs habuit malã fidẽ cum defunctus hret bonã, & tunc ñ facit fructus suos, vt l. q̃situm, ꝟ. de acq. re. do. Qñq; mala fides supuenit absq; ꝑsonarum mutatione, & tũc si supuenit mala fides fictè ꝑ litẽ ɔtest. in rei vẽdic. vel ꝑtrouersiã motã in petitione hrditatis, & tunc bñ facit fructus suos, sed ad restituẽdum tenet̃, vt d. l. ꝗ scit. §. ꝑterea. Si verò supuenit mala fides verè, & tunc glo. nr̃æ dñt idẽ, qđ ɔ̃, vt d. l. bonæ fidei. §. in ɔ̃rium. & l. ꝗ bona. post principiũ, seu in §. j. e. ti. qđ
10 mõ ñ examino. † Ex p̃dictis satis liq̃t, qua actione veniãt fructus restituẽdi, qa rei vend. qñ ñ facit fructus suos, al's iudicis offõ, vel
11 ɔdõne sine cã. ¶ † Tertiò est vidẽdũ de malæ fidei possessore. [c]
b De quo dic vt ibi ĩ gl. ꝑterq̃ in eo, ꝗ dicit ꝗ titulus excusat̃ [d] à pci
c piẽdis, nisi in casib. notatis ĩ l. si fundum. C. e. Vltramõ. dñt ɔ̃, sed
d gl. tenet̃ cõiter. De fructib. verò ciuilib. in malæ fidei possessore,
12 dic, vt l. si vrbana. ꝟ. de ɔd. ĩd. ¶ Quæro † qđ eɔ̃, de eo ꝗ fuit malæ fidei à principio, & postea supuenit bona fides? Cogitabitis. vel dic ꝗ si successit defuncto ꝗ erat malæ fidei hrs ꝗ est bonæ fidei, ñ fa
e cit fructus [e] suos, vt C. de fruc. & lit. expen. l. 2. in fi. Rõ, qa licet sit bonæ fidei, tñ censet̃ malæ fidei, vt l. cũ hrs, ꝟ. de diuer. & tẽp. p̃scr.
13 & no. bñ ꝑ gl. ĩ l. si ego. §. partus. ꝟ. de publiciana. ¶ Quæro, † dixi đ possessore, ꝗ facit fruct⁹ suos, an intelligat̃ de eo ꝗ hẽt nãlẽ possessionẽ tm̃, vel de eo, ꝗ hẽt ciuilẽ tm̃, vel reqrit̃ vtraq;? Tetigi in l. si fũt. in prin. ꝟ. de vsuf. vbi plenissimè examinaui. & vide q̃ dixi ĩ l. 3. §. ex ɔ̃rio. ꝟ. de acq. pos. Vltimò est vidẽdum de practica, qualiter isti fructus petant̃, dicã. ꝟ. §. prox. Hanc materiam fructuum tractat. Cy. in d. l. certum.

ADDITIONES.

a Mala fides. Vtrũ mala fides authoris, noceat successori quo ad fructus, vide Bar. in l. j. C. e. & ĩ l. sequit. §. fructus, de vsuc. Bal. ĩ l. vitia. C. de acq. pos. & Bar ꝟ. ea. l. in fi.

b Paris. ¶ Tertio est vidẽdũ. An ãt malæ fidei possessor possit deducere expensas factas ꝓ cultura, vide Ro. fin. 332. inc. malæ fidei possessor. & fin. seq̃, vbi ponit casum, in quo non tenet̃ etiã ad fructus, quos percipere potuisset, sed q̃ño potuisset percipere ex fundo ꝑ ꝑ suas meliorationes, vide ét in fin. 339. inc. tu scis. vbi ponit nunquid iustus titulus ex postfacto superueniens, excuset a percipiendis, vide in l. domum. C. de rei vend. ¶ Vide Abb. consi. 6.

c ¶ De malæ fidei possessore. De possessore malæ fidei, vide ĩ. e. l. fructus. & oĩno quod no. Bal. in l. si quis sciens. C. e. & in l. si pater. C. de vsufruct. no. in l. certum. C. eo. & s̃. l. prox. Adde Ang. consi. 302.

d ¶ Titulus excusat. Sed quid si pro parte temporis habuit titulum, pro parte nõ, vide per Bal. in l. apud antiquos. post Cy. & Bar. C. de fur. ser. cor.

e ¶ Non facit fructus. No. ꝗ mala fides defuncti, nocet hæredibus in fructib⁹, secus tamen in successore singulari. s̃m Bal. in l. 2. C. de pet. hęred. per glo. & Bal. in l. vitia. C de acq. pos. & quod no. Bar. ꝟ. proxi. quæst.

1 *Libellus in rei vendi. debet cõtinere rẽ ad me pertinere, & me dñm declarari.*
2 *Via vna parata eidem sequitur alia.*
Libellus antiquorum in rei vendi. & petitione hæreditatis, non damnatur.
3 *Libellus quo ad fructus in rei vendicatione quomodo concipiatur.*
4 *Sententia lata super re etiam erronea, facit plenam fidem in causa fructuum.*
5 *Sententia erronea in principali, facit ius in accessorio.*
6 *Si Iudex in causa reductionis pronunciauit arbitrium esse æquum, poterit pœna peti, etiam si sententia sit erronea.*
7 *Fructus possunt peti rei vendicatione, & officio iudicis.*
8 *Libellus q̃ño formetur in rei vendi. quãdo fructus petuntur officio iudicis.*
9 *Iudex pro fructibus, qui percipiuntur lite pendente, potest in condẽnatione sibi reseruare declarationem.*

a §. Vbi autem. [a] Si actor declarat̃ dñs, ẽt ꝑ errorẽ dẽt cõdẽnari reus in fructibus. h. d. Ex hac l. not.
1 † ꝗ libellus [b] in rei vendic. hoc mõ ɔcludit. Peto declarari, rẽ ad
b me pertinere, & me dñm declarari, & in fructib. reũ ɔdẽnari. [c] vt
c hic. & l. Põponius. §. sed & is. s̃. de ꝑc. & ibi dixi. & l. licet. & l. nec
2 vllã. s̃. de pet. hæ. & l. sicut. §. sed si q̃rat̃. in fi. ꝟ. si ser. vend. ¶ † Scđõ no. ꝗ parata vna via eidẽ sequit̃ alia. Licet dixerim ĩ istis iudiciis realib. peti al's fieri declõnẽ in libello: nõ tñ ꝑ hoc dãno libellum antiquorũ, ꝗ in petitiõe hrditatis, & in rei vend. petũt possessorẽ
d ɔdẽnari ad restõnẽ [d]. Ita format Rof. & Spe. & ipsi hoc ꝓbãt. Aret. l. j. in prin. & ibi Pet. ita format. s̃. e. Præterea, qñ peto quõ ɔdẽnari ad rei restõnẽ in petitione hrditatis, vel in rei vẽd. qa sum hrs,
e vel dñs, ꝑ ɔ̃ns ego videor petere, ꝗ ꝓnunciet [e] me hrdẽ, vl' dñm. Et si hoc nõ ꝓnunciat expresse, vr̃ ꝓnunciare tacitè ɔdẽnandũ
3 ad restõnẽ rei. ar. l. j. C. de or. iu. Vidimus qual'r † se habere dẽat
f libellus circa ipsam rẽ, q̃ro qual'r se debeat habere circa fructus? [f]
g Rñdeo si qdẽ petunt̃ [g] ɔdõne fur. vel ɔdictiõe sine cã, vel rei vẽd. vt habuistis no. s̃. ꝓximè in gl. mag. tũc nõ possent fruct⁹ peti vnã
h cũ re [h] in eodẽ libello, qa ista duo iudicia de re, & de fructibus sic se hñt, ꝗ absolutoria lata in vno parit exceptionẽ rei iud. in alio: & vna actio est p̃iudicialis alteri, l. fundi. & l. fundũ, ꝟ. de except. & ibi est expressum. Habita ergo victoria sup re, tunc poterit age-
4 re noua rei. vend. ad fructus. Sed tunc q̃ro, an † sñia lata sup re, facit plenã fidẽ in cã fructuum, posito ꝗ fuerit erronea? Rñdeo ꝗ sic, casus est hic, & hæc esset vna lectura, & hoc sentit gl. sup ver.
5 errore. in fi. † Ex qua no. ꝗ sñia erronea in principali, facit ius in accessorio, licet noua instãtia petat̃, vt hic, est casus no. in l. ꝗ Romæ. §. duo fratres, ꝟ. de ver. ob. s̃m illã lec. verã, q̃ tenet Pet. & ego tenui, quod ibi fuit malè iudicatum: & tamen illa sñia erronea
6 hr̃ ꝓ veritate, & eã tene. Et ꝑ † hoc i dicebã in q. de facto, pars pe
i tiit arbitramẽtum reduci ad arbitriũ boni viri, iudex ꝓnunciauit arbitrium esse equũ. Certè poterat pœna peti, posito ꝗ sñia fuit erronea, vt hic, & d. §. duo fratres, l. ꝗ Romæ. Secus si iudex in cã reductionis ñ pronunciauit arbitrium esse æquum, sed reũ simpl'r absoluit à petitione. ¶ Nõ. n. ꝑ hoc vr̃ ꝓnunciare arbitriũ eẽ æquũ, & ideo in causa plenè adhuc poterit examinari, vtrum sit æquum, vel nõ. Hic est casus cum gl. ꝟ. de condic. inde. l. Iulianus
7 verum debitorẽ. in pri. & ibi no. in j. mag. gl. Puto tñ, † ꝗ licet fructus possint peti noua rei vendicatione in casibus supradictis, tñ possent etiam peti officio iudicis, ar. l. interdum. §. qui furem. ꝟ. đ fur. de le. 3. l. qui solidum, & ꝟ. fi. reg. l. 4. §. si dicantur. & l. ædiles. §. item sciendum, ꝟ. de ædil. edic. Non enim est illud officium iudicis subsidiarium, qđ non conueniat cum alia actione. quod apparet, quia agit condictione siue causa, vt habuistis notatum s̃.
k prox. in gl. mag. & fructum petuntur officio iudicis. Sed quæro, [k]
8 † qñ fructus petuntur officio iudicis, qualiter debeat formari li-
l bellus [l]? Rñdeo, si qdẽ fructus sunt percepti ante lit. cõte. debeo declarare quantitatem fructuum, vt supra eod. l. si in rem, & l. in actione

ADDITIONES.

a Paris. ¶ Vbi ãt. Q̃ño cõdẽnatoria, vel absolutoria lata super re p̃iudicat quo ad fructus, Vide Soc. in l. si q̃s cũ totũ, §. j. & 2. de exce. rei iud. Solet ãt allegari iste tex. ad hoc, ꝗ dato vno inconuenienti, sequuntur multa, melior text. est ĩ aut. vt iu. fine quoque suff. ad fi. pri. ver. Cogitatio igit̃. Clau. de Seyssel.

b Qđ libellus. Qualiter formet̃ libellus in rei vend. vide eũdẽ in l. naturaliter. §. nihil cõe. ꝟ. de acq. pos. & idẽ in sñia, nõ tm̃ in reali, sed ẽt in personali l. qđ tñ. §. j. cũ aliis ibi alleg. per Bar. s̃. de arb. no. Bart. in l. cũ quis, C. de iur. & fa. igno. & in l. actori. C. de reb. cred. Et de libello in rei vend. vltra no. Insti. de act. §. j. vide per Ant. & Io. in c. j. de lib. obl. & Bal. in l. domum. C. e. Dñt tamẽ Doc. in dictis locis, ꝗ sufficit dicere, Peto talẽ rem per rei vendicationem.

c Clau. ¶ Condemnari. Vide Pau. de Cast. in l. j. vbi in rem act.

d Paris. ¶ Ad restõnẽ. Vide qđ talis libellus sustinet̃, per Fel. in c. iter dilectos. extra, de fideius. Pau. de Ca. cõs. 258. Si tñ quis petat restitutionẽ possessiõis, vr̃ intentare possessorium. Si autem restitutionem rei petit, vr̃ petitoriũ intentare, vide Alex. consi. 185. vol. v. & cons. 92. Dec. cons. 62.

e ¶ Pronunciet. Vide Fel. in c. 2. de lib. obla.

f ¶ Circa fructus. Circa istud, ꝗ fructus peti possint. vide Fel. in c. inter dilectos. de fide instr. Itẽ, an fructus, vel alia accessoria peti possint cũ re principali, & q̃ño, vide Ias. in l. edita. C. de edendo. Itẽ q̃ño fructus peti possint, & fieri in eis cõdẽnatio, sine alia specificatione. vide Alex. in l. si marito. in §. fi. ꝟ. sol. mat. vide Are. in l. cum seruum. §. j. de leg. j. vide late Fel. in cons. 2. de libel. ob. Barb. cons. 72. vol. 4. Alex. cons. 232.

g Clau. ¶ Petunt̃. Sed cõis opio. ẽ in cõtrariũ, vt refert Ale. cõs. 9. in fi. vol. 2.

h Paris. ¶ Vnã cũ re. An valeat libellus, peto rẽ cũ fructibus, vide Cy. in l. cum ꝓpria. C si q̃s alteri vel sibi. & Ang. & alios in l. si filius. §. j. de ver. ob. Et addꝗ notab. dicit In. in c. cũ ad sedẽ. de rest. spol. vbi dixit libellũ procedere, peto castrum cũ pertinentiis, vide tamen Bar. in l. j. s̃. de eden. Et qđ no. Bart. in rub. sol. mat. in fi. & quod no. Bal. in l. domum. C. eo. & vide Bart. in d. l. fundi.

i Poma. Et per hoc. vide Alex. cons. 119. 2. vol.

k Paris. Sed quæro. Quòd non requiratur specificare, tenet Alex. cons. 232. qui dicit istam esse communem opinionem. vide s̃. in alia apost.

l Formari libellus. An exprimẽda sit qualitas fructuum in libello. Addꝗ Bal. & Ang. in l. si marito. §. fi. sol. mat. vbi ét tãgit, an fructus sint necessariò petẽdi, aliàs p̃iudicent nõ petẽti. De q̃b. vide ꝑ Cy. C. e in l. certũ. ad fi. & Cyn. in l. cũ propria. C si q̃s alteri, vel sibi. & ibi Bal. & qđ no. Bar. l. j. s̃. de eden. & hic. De quo late per Io. in l. si filius. §. j. de ver. ob. vbi refert Barto. in hac materia variasse per Inn. in c. grauis. de resti. spol. & in c. tãta, de excef. ꝑl. Itẽ, an iudex teneat̃ exprimere in sententia q̃titatẽ, vide ꝑ Inn. in c. inter dilectos. extra, de don. per Bar. in l. 3. C. de fruc. & li. exp. post Gul. de Cu. Adde tamẽ tex. no. in l. si sũma. §. q fortis. de re iu. & qđ no. Doc. in l. ait ꝑtor. §. j. e. tit. vbi sñia lata super vsuris & accessoriis dẽt esse certa. Vñ s̃m Ang. in d. §. qui fortis. nõ tenet sententia, cõdẽno te ad restituẽdũ rẽ cum fructib. qui dicit qđ nõ. bar. in rub. sol. mat. & qđ hr̃ in l. edita. de edẽ. Itẽ nisi iudex referat se ad petitionẽ certã. d. §. qui fortis. Itẽ nisi cõdẽnet ad fructus debitoris, & in certa parte actorum ꝓbatoriorum cõstarẽt certi. d. l. ait ꝑtor. §. j. & ibi no. Itẽ limita in fructibus præteritis, secus in futuris, s̃m Bal. in l. j. C. si secundò nup. mul. & ibi vide per eundẽ alleg. Inn. in d. c. inter dilectos. vide vltra prædicta per Ang. hic. Et de isto libello, & an iudex possit cõdemnare in fructibus nõ petitis. vide Bal. in l. properandum. §. sinãt alterutra. C. de iu. & in l. j. C. de fruc. & lit. expen. Et an pẽdente iudicio fortis, possint peti fructus & alia accessoria, vide Ange. in rep. l. j. C. de iu. & quod no. Mod. inst. de act. §. præiudiciales. Et de hac materia in l. si hõ. & l. in summa. §. qui fortis. de re iu. & In. in c. 2. de lib. ob. & per Doc. & dicit Bal. in d. l. edita, qđ valet libellus, Peto fundũ cũ fructibus. Sed q̃d si nõ peto fructus, an veniant accessoria cũ re, vide Bar. in l. 2. C. de pet. hære. Et ibi circa prædicta, vide Bart. & Bal. in l. si fundũ, ꝟ. de excep. & hic adde Bal. no. in l. fi. C. de anna. excep. vide quæ scripsi post Imo. in d. l. in summa. §. j. & facit quod no. Bal. in l. 3. de fruct. & lit. expen. Addꝗ an fructus sint specificandi in libello. Alex. consi. 90. in fi. 2. lib.

actione.ꝟ.de fur.Et ita formauit libellum Rof.in titu.de offic.iud. quando petuntur fructus.Item puto ꝙ possim petere quòd reus
a condẽnetur ad fructus, si extant, vel ad eorum æstimationem,a vt l.hæres furiosi.in fi.ꝟ.de pe.hær.coniuncta l.in fideicommissi. §.fi.ꝟ.de vsur.& sic ꝙ libellus sic alternatiuè procedit,apparet, q̃a actor non potest esse certus, vtrum fructus extent,vel non, per l. ꝟ.§.quid ait.ꝟ.quorum leg.si tamen essent tales fructus, quos esse consumptos certum esset,vt puta,poma,& similia, quæ cito con
b sumuntur.l.is cui.§.quæri.vt in pos.leg.tunc deberet b peti æstimatio.l.si vsusfructus mihi.ꝟ.de vsufru.leg. De fructib.verò,qui percipiuntur lite pendente, nõ est necesse quòd exprimatur certa quantitas,quam actor ignorat. Dicam ergo sic, quòd Titius possidet talem rem,quæ pertinet ad me,iure dominij, vel quasi, & eam possedit trib.annis.& dicto tempore ex possess. collegit x. corbes frumenti:quare peto per vos dclarari ad me pertinere dicto iure dictã rẽ,ipsumq; cogi,& ꝑpelli ad restitutionem dictę rei cum fructib.perceptis,& qui percipientur vsq; ad sententiam, & ad prædicta eum vestra sententia condemnari. Hoc probatur hic,quia debet fieri condẽnatio in fructib. Si verò velles petere condemnationem fructuum percipiendorum,id est eorum, qui percipi potuerunt,habes varias practicãdi formas, vt tu petitor petas eos fructus quos colligere potuisses,vel quos possessor colligere potuisset,vt apparet ex his,quæ dixi §.præced. Determinat etiam glo.quòd res potest peti simul cum fructib.& sic in vna & eadem instantia expeditur quæstio de re,& de fructibus: sic no.d excep.in d.l.fundi.& hic est casus secundum lec.Azo.positam in
g gl.super verbo,errore †Aduerte tamen,quòd pro his fructibus, quiꝑcipiuntur,pendente lite, potest dicere iudex, Condẽno cũ ad restitutionem fructuum,ipsorum declaratione mihi seruata,
c tunc enim posset declararec post multa tempora.arg.l.termina to.C.de fruc.& lit.expen.& quod tangitur per gl.in l.item labeo. §.sed si purè.ꝟ.fam.excis.Hoc enim sentit Rof.in præal.ti. Dicetis vos, isti fructus regulariter consistunt in pondere, numero, vel mensura, quare nunquam deuenitur ad æstimationem, cùm in genere suo recipiunt functionem,l.2.ꝟ.si cer.pet. Respon. isti fructus debentur,vt species,quare merito ipsis perẽptis, sicut quali
d bet alia specie perempta, deuenitur ad æstimationem, d nec de
e euictione cauetur.e

ADDITIONES.

a Aestimationem. Valet libellus,peto fructus,si extant,& si non extant, peto æstimationem,vide gl & ibi per Bal Bar.& Ang.in l.diuortio.§.ob donationes,ꝟ.sol.mat.vide Bar.in l.eum qui ꝟ.de his qui.vt indig.& quod not.Bart. cum his,quæ ibi dixi,in l.si seruum.§.fi.ꝟ.de verb.obl.

b Paris.Tunc deberet.Vide Bar.in l.eum qui.ꝟ.de his qui.vt indig.

c Posset declarare.Et no.quod si iudex dicit,condemno vt restituas rem intelligitur etiam condemnatus in fructib.qui veniunt de iure propter verbũ restituas,secundum Bal.in rub.C.de fruct.& lit.expen.

d Ad æstimationem.Adde Bar.in l.diuortio.§.ob don.ꝟ.sol.mat.

e Claud.Cauetur.Vide Pau.de Cast.in l j.C.vbi in rem actio.

§.Petitor. Ei qui soluit litis æstimationem,cum posset restituere rem, de euictione cauere non tenetur. hoc dicit.¶Quærit gl.licet non teneatur cauere,an de euictione teneatur. Tenet quòd sic,ar.l.2.ꝟ.pro emp.& rerum amo.l.si propter res.Idem videtur tenere.Dy.in c.pro possessore.extra de regu.iur.lib.6.Contrarium tenet Iac.But.quod plenè scripsi, in l.3. versi.3.quæro,an teneatur. infra,pro emp.Gl. habemus contrariam huic,ꝟ.ex quibus cau.in pos.ea.l.fi.

LEX XXXVII.

1 *Interrogationes,quæ fiunt,an quis possideat,debent fieri ante litem contestatã.*

2 *Interrogatus de re continente delictum suum,non tenetur respondere.*

Qui petitorio. Ante lit. conte.debet interrogari re9, vtrum possideat,vel dolo desierit pos

1 sidere.h.d.¶†Quæro quãdo debent fieri istæ interrogationes?a
a Dicũt quidam post lit.contesta.per istum tex. Alij dicunt, quod ante lit.conte.vt ꝟ.de interrog.act.l.qui seruum.§. in iure.hoc tenet gl. Sed de vno dubitatur, vtrum istæ interrogationes debeãt fieri ante libellum datum,vel post. Azo in summa de pet. hær.videtur tenere quod post lit.contest.Glos.tangit,& ibi dicam,ꝟ. de interr.act.l.j.in prin.Dicunt tamen gl.si ante lit.contest.fuerit ista
b ĩterrogatio omissa,potest fieri post lit.cont.vt hic in glo.b ¶†Vl
2 timo no.cquod vbi quis interrogatur de re,quæ delictum suum continet,tenetur respõdere,vt hic,dixi in l.qui iurasse.§. si parer.
c ꝟ.de iureiu.Sed † qualiter probabitur quod dolo desierit possi
3 dere?Certè eo ipso, d quod post libellum datum non possidet,
d vel postquã dixerim me daturum libellum, ipse alienauit, vt no. in simili in l.Fulcinius.§.2.ꝟ.ex quib.cau.in pos.ea.Dyn.tangit in c.pro possessore.circa prin.extra,de regu.iur.lib.6.

ADDITIONES.

a Interrogationes?De forma interrogatorij,& quid si omittatur,vide Bar.in l.fi.ãte.§.j.de excep.rei iud.

b Vt hic in gl.No.hanc gl.quam no.alleg.Bar.in l.j.ꝟ.de interrogat.act.& vide gl.& Bal.in l.cogi.C de peti.hære.

c Barb.Vltimo no.Adde Bal.in l.quoties.C.de rei vend.

d Certe eo ipso.Quomodo probetur quem dolo desisse,adde Bar.in l.non solum.§.more.de ope.no.nun.Et de isto qui desiit dolo possidere,vide quæ dixi post Bar.in l.si autem.§.2.ꝟ.e.

§.Qui in rem. Si res periit culpa possessoris,eius nomine cõdemnatur.h.dicit. Vide no.in l. Fulcinius.§.quid sit latitare.quib.ex cau.in pos.eatur.

LEX XXXVIII.

Iulianus. Qui ab initio fuit bonæfidei,ex post facto malæfidei fiat, quod ædificauit potest tollere,non autem expensas potest per doli exceptionem retinere.hoc dicit.

LEX XXXIX.

1 *Legis,in fundo distinctio non refertur ad plantata,seu seminata, sed solum ad ædificata.*

2 *Expensarum deductio vt fiat,duo debent concurrere.*

4 *Expensæ aut sunt vtiles,aut necessariæ,aut voluntariæ,aut fiunt gratia quærẽdorum fructuum,vel ad rei perpetuam vtilitatem.*

5 *Expensæ factæ gratia quærendorum fructuum deducuntur ab omni possessore.*

6 *Possessor deducit expensas necessarias factas in re.*

7 *Expensas vtiles in re factas quando possessor bonæfidei deducat.*

9 *Possessor qui percipit fructus,quos tenebatur restituere,expensas nõ deducit.*

10 *Possessor bonæfidei expensas voluntarias quomodo deducat,vel cum fructib. compenset.*

11 *Malæfidei possessor,quomodo,& quas expensas deducit.*

12 *Possessor,qui à principio fuit bonæfidei,& postea malæfidei,quomodo,et quas expensas deducit.*

13 *Possessor malæfidei à principio,& ex post bonæfidei,an deducat expensas.*

14 *Possessor malæfidei non respectu veri domini sed alterius,quem dominum putabat,dicitur bonæfidei.*

15 *Expensas factas ab aliquo in re aliena animo repetendi,illas repetit actione neg.gest.*

16 *Retentionis rei,vel deductionis expensarum exceptio quando opponenda. Exceptio quæ non impugnat sententiam.potest post sententiam opponi.*

17 *Iudex quomodo format sententiam. quando de expensis discutitur ante sententiam.*

18 *Dominus vt excusetur à restitutione expensarum in re factarum, requiritur ipsum esse pauperiorem.*

a In fundo. a Lex ista diuiditur,Primo ponit dictum in genere.Secundò ponit vnum casum, in quo æquitas suggerit deductionem expensarum. Tertiò ponit alium casum,in quo æquitas suggerit expensas nõ deduci. Quartò ponit alium casum,in quo æquitas suggerit expensas deduci. Secũda ibi,finge enim.Tertia ibi, finge pauperem. Quarta ibi, finge eã personam.Et breuiter hoc intendit.possessor recuperat expẽsas a domino. si dominus erat facturus, vel rem distracturus, nõ aliter,si hac re esset cariturus.h.d.Op.dicitur hic,conseuisti,& sic videtur loqui de expensis factis circa fructus, sed in illis absq; distinctione possessor habet deductionem,vt l.fundus.ꝟ.fami.ercisc.Sol.si habes, conseuisti id est seminasti, dicendum est,quod inferior non porrigitur ad alium casum. Si habes conseruisti, id est plantasti.tunc dicit gl.quod inferior distinctio locum habet. Sed hoc est contra casum l.si fundi.ꝟ.eo.Est ideo dicendum ꝙ distinctio istius legis non refertur ad plãtata,seu seminata: sed solum ad ædificata. ¶ Secundò opp.dicit hic,quid petitor cogitur restituere sumptus,vsquequo possessor factus est locupletior, si expensæ sunt plures,sed si fundus est pretiosior in plus,q̃ sunt ex
b pẽsæ,illud restituitur.b & sic admittitur ad id petendum, cuius ꝑrium non esset postulaturus, ꝑ l.pen. C. de solut.gl.nõ soluit.Dic qñq; ꝑriorũ est eadẽ rõ,tũc ꝑcedit d.l.pe.C. de sol Qñq; nõ est eadem rõ.tũc ꝑcedit hæc lex. Hæc sol.in simili ponitur per Dy.

ADDITIONES.

a Paris. In fundo.Circa istam materiam rei vendicatio. vide in repet. huius rub.per Mar.Land.cir.med,vel post.& circa istam materiam melioramentorum,q̃ veniant reficienda,& quid de sublocatione,& quibusdam aliis,vide Pau.de Ca consi.326.Fely.in c.cum causa.de re iud.& in c.de quarta.de præscri.ad quem adde Bal.in tract.de dote,in 7.parte.in j.speciali, in 12. limi.illius primæ specialitatis.dũ loquitur in emente rem dotalem . quod nõ cõsequitur melioramenta.Vide etiam in reper.in vers.melioramenta.Bal.in materia melioramẽtorum,in cons.100.inc.Colũbinus, in j.parte, & 153.& 154. Item ꝙ non tã attendatur quãtũ expẽdetur, q̃ q̃tũ res efficitur vtilior,vide Abb.in c.j.in 2.no.de in integ.rest.Pau.in d.cõs.326.nũquid ãt fructus cõpensentur cum melioramentis.vide in l.sumptus,& quæ ibi habes,ꝟ.eo.Itẽ quomõ intelligitur illud de ruderib.ꝙ hic dicitur ꝙ dñs possit soluere tm̃, q̃tũ ex ruderibus percipi possit,vide Pau. in d.cons.circa. fi.q.a iste tex intell git in non habente causam à domino ¶Et ad hanc l.vide no.in no q.quã posuit in l si quis domum.§.hic subiungi potest.ꝟ.locati.vide quæ no.Bart.in l.si sine hærede.§.interpositæ,de admi.tuto.De materia per Paul.de Lea.in c fin, litibus.de do.& cont.& ad materiam huius legis.vide per Fely.in c.cum cã de sent.& re iudic.Claud.

b Non restituitur.Vide Bar.in l.inter stipulantem.§.sacram.de ver.oblig.

in c. q sentit. ex. de reg. iur. lib. 6. & in secundum naturã. ɉ. de reg.
2 iur. Et qđ hic sit diuersa rõ, apparet: qa ad hoc † vt expẽsarum deductio fiat, deberet cõcurrere duo. s. qđ possessor expenderit ẽt qñ dñi ꝯditio efficiat melior. q̃ ratio hẽt locũ qñ expẽsa excedit meliorationem: secus qñ melioratio excedit expẽsas. Op. dr̃ hic,
3 † qđ malitiis nõ est indulgẽdn: & appellat malitiã, qñ qs petit ꝙ alteri nocet, & sibi nõ prodest. Cõtrà, ɉ. de iu. do. l. cũ in fundo. §. ipsius ãt. & l. fi. §. fi. ɉ. q̃ ĩ frau. cre. Gl. nõ soluit. Dic, qđ in q̃libet ea rũ legũ peteti ꝓdest in aliquo. Nã in l. cũ in fundo, prodest ei, qa alteri parat ꝯmodũ: & sic hẽt đbitor bñficiũ illius obligati ad antidora. l. sed & si lege, §. cõsuluit. s̃. de pet. hær. licet nõ proderit ꝓ defensione alteri. Hic verò nemini proderat, sed in l. fi. q̃ in frau. cre. ẽt sibi proderat, q sequebaẽ vindictã fraudis sibi factæ, ea rõne, qua q̃libet iniuriatus petit vindictã suæ iniuriæ: hic verò nulla erat iniuria, sed in d. l. agebaẽ obligatiõe ex ꝯ̃ctu, vel ex delicto: hic verò loquiẽ in his, q iudicis officio expediunẽ, qđ officiũ cessat æquitate cessante, l. qđ si Ephesi, ɉ. de eo qđ cer. loc. ¶ Venio
a ad gl. mag. & intro materiã expensarũ. a pro cuius b declaratiõe
b dicit gl. † ꝙ prima diuisio expensarum ẽ, qa expensæ, aut sunt ne
4 cessariæ, aut vtiles, aut voluntariæ. † Quod dic per exempla ɉ. de
5 ver. sig. l. impensæ. & ɉ. de impen. l. 1. 2. & 3. & l. ĩpensæ. & de pe. he. l. vtiles. Secundo diuisio est, quia impensæ aut fiunt cã q̃rendorum fructuũ, aut ad ꝑpetuã rei vtilitatẽ, l. si à p̃re vl' à dño in fi. s̃. đ pe. hæ. & d. l. j. de ĩpẽ. & l. impẽs. Aut fiunt in faciẽdo de nouo, aut reficiendo. l. 3. §. pen. ɉ. de iti. actuq; pri. Item est sciendum, ꝙ possessorũ quidã sunt bonæfidei, oĩ tpe: quidã malæfidei, oĩ tpe: quidã ab initio bonæfidei, & ex post facto malæfidei: qdam ab initio
c malęfidei, sed ex post facto bonæ fidei. His p̃missis, c in quolibet istorum possessorũ est vidẽdum, an expẽsas factas posset ꝯsequi, q̃ danẽ remedia, circa qđ gl. ponit vnã distinc. & pleniorẽ, inst. de re. di. §. ex diuerso. Primò ergo circa expensas videamus materiã impensarum gr̃a quærẽdorum fructuum. In istis dicit gl. qđ non est dubiũ, qđ oĩs possessor deducit. l. fundus q. ɉ. fa. ercis. l. fructus. ɉ. sol. mat. & d. l. si à patre. in fi. s̃. de pe. hæ. In hoc etiã est differentia, quia bonæ fidei possessor deducit, siue fructus sint recollecti, siue non: sed malæfidei possessor ita dem̃, si sint recollecti. dic. l. si à patre. in fi. cum l. seq. q̃ distinctio licet procedat ĩ pet. hær. forte nõ procederet in rei vendicatione, qa possessor nõ deducit, si fructus non extant, p ea q̃ ɉ. dicã. ¶ Venio ad expensas, q̃ fiunt ad perpetuã rei vtilitatẽ. Gl. hic intrat hoc mõ, aut loquimur de expensis factis in faciendo, aut reficiendo, quę distinctio mihi non placet. Nam iura. q̃ vñr facere istã distĩctionẽ referũt se ad id, qđ cõiter accidit. Nã expẽsæ in faciendo de nouo nõ sunt necessariæ r̃r: sed qa põtesse, qđ ẽt, expẽsę in faciendo de nouo sint necessariæ, vt l. j. ɉ. de impẽ. ideo omissa illa dist. assumo primò, qđ ĩ-
6 pẽsæ. aut sunt vtiles, aut volũtarię. aut necessariæ. ¶ † Quæro primò de bonæ fidei possessore, circa quem dico, quòd bonæ fidei possessor indistinctè deducit expensas necessarias. §. ex diuersa. Institut. de rer. diui. & l. adeo. ɉ. de ac. re. do. l. j. & l. quod dr̃. ɉ. đ impẽ. ꝙ apparet, qa ẽt malæfidei possessor has expẽsas đducit. l. domũ. C. e. & l. planè. s̃. de pet. hæ. ẽt si sit perẽpta res, in qua ĩpendit, deducit bonæfidei possessor. l. planè. & l. ꝓce. s̃. de pe. hæ. quod in rei
d vendi. nõ reperit, ꝙ sibi succurraẽ alio mõ. d q̃ per retẽtionẽ rei, Et ex hoc apparet, ꝙ dist. huius l. nõ hẽt locum in expensis necessariis, & hoc sentit ꝯ gl. istius l. Rõ d̃riæ inter petitionẽ hæreditatis, & rei vend cationẽ est, quæ colligitur ex l. officium. s̃. eo. Si ve
7 rò loquimur † de expensis vtilibus, tunc est aduertendũ, qa qñq; p istas expensas, adiicitur rei aliquid p applumbationẽ, hoc ẽ, separatã mãm, vt si in fundo dom⁹ ædificaẽ, & si' ia, quo casu loqẽ hæc lex. Ex qua distingue sic, Aut dñs illas ĩpensas erat facturus, & admittiẽ deductio, quatenus res ex his est facta ꝓtiosior, vt in 2. Rñ. Aut nõ erat facturus, tunc aut erat venditurus dictam rem: & idem, vt hic in fine legis. Aut non erat facturus, nec venditurus: tunc aut dñs erat diues, q̃ poterat dictas expẽsas reddere sine eius graui detrimento. Et idem, vt hic à ꝯ̃rio sensu, in versi. finge pauperẽ, à ꝯ̃rio sensu. Ita sentit gl. hic super verbo, plus ꝓtio. in fi. & s̃. e. l. sinautem. §. in re petita. in gl. super verbo, ædificium. Si verò erat pauperior, tũc ñ cogiẽ istas impẽsas reddere, sed possessori ꝑmittitur auferre cũ determinatione hic posita. Puto tamen ꝙ etiã hoc casu, si dño fuisset denũciatũ fm formã l. aut si. s̃. e. ꝙ co
8 gitur restituere expẽsas. † Itẽ in oĩbus ꝓdictis casibus, in qbus dixi possessorẽ bonæfidei impensas deducere, intellige siue res extat, siue nõ in petõne hæreditatis. l. plane. in fi. s̃. de pe. hær. sed in
e rei vendicatiõe ita demũ si res extat, e qa possessori solũ retẽtio ꝯcediẽ, vt dixi, & ꝓbaẽ p casũ ĩ l. vtiq;. s̃. e. vbi re pempta ex parte pos. est necessaria sñia pp stipl'õne de euictiõe. Si. n. re perempta posser conseq expẽsas, nõ eẽt necessaria sñia pp impensas. Qñq; p tales ĩpensas adiiciẽ rei aliqđ p ferruminationẽ, hoc est, p eadẽ mãm. Exẽplum, põe ꝙ tu plãtasti arborẽ ĩ terra, q̃ cũ radices egerit, vniẽ terræ p eadẽ mãm. s. p humorẽ terræ. Itẽ si in fundo possessor posuit fimũ, vel si' ia, ex qb. impinguaẽ terra, ĩ qbus casibus nõ hẽt locũ dist. istius l. qa nullo casu ꝑmittiẽ deductio. l. si fun f posi. ɉ. e. & ibi no. Sed est adhibenda dist. q̃ posui in seruo, quẽ qs docuit artificiũ, qđ separari nõ pt, s̃. e. l. sinãt, l. sed si puerũ. Sicut ãt p artificiũ nobilitaẽ intell's: ita hic, ea q̃ veniũt in ferruminatione, nobilitanẽ: & iõ tales ĩpensas possessor nõ deducit, nisi ipe eẽt rẽ distracturus, vel si petitor esset diues. d. l. sinautẽ. §. fi. cum l. seq.
9 † Vbi ãt dixi expẽsas nõ deduci, itelligas nisi pos. perceperit fructus, ad quos restituendos tenetur. tunc. n. expensas ꝯpensat cum
10 fructibus, l. cæterum, s̃. e. ¶ † Sequitur videre de expensis voluptariis. Dicit gl. quod de impensis voluptariis solum permittitur deductio, seu abrasio, & sic videtur velle gl. ꝙ in eis nõ hẽat locũ di-
f stinctio istius. l. pt tñ ꝯpensari cũ fructibus, f vt ɉ. e. l. sumptus. Ita dicit gl. Certè imo vr̃, ꝙ hæc lex loquaẽ de impẽsis voluptatis, vt ibi, ꝓut dicit, picturas, &c. nã certum est picturas esse ĩpẽsas voluptarias. Br̃ si quidẽ erat al's facturus, vel erat distracturus, tunc ĩpensæ voluptariæ dñr expẽsę vtiles, & hẽt locũ distĩctio huius l. Si verò nõ erat al's facturus, vel distracturus, tunc remanent voluptariæ, & sola abrasio ꝑmittiẽ, & gl. diceret verũ. Probaẽ ɉ. de impẽsis, l. pro voluptariis, cum l. qđ si hrs. & l. voluptariæ. Nec obꝙ dicit, picturas, &c. qa illud adduxit in exẽplũ, & nõ vt velit denotare ꝙ in expensis voluptariis distinguatur sit diues, vel pauper.
11 ¶ † Venio ad malæfidei pos. g & in hoc dicit gl. ꝙ expẽsas factas
g in faciendo vr̃ donare, §. ex diuerso. Insti. de re. diui. Tu dicas aut malæfidei pos. impendit necessariò, siue in faciẽdo siue in reficiẽdo, & deducit expensas, l. domũ. C. e. & l. planè, s̃. de pe hæ. Rõ, qa sibi imputaretur, si hoc non faceret. facit quod no. in l. hrs furiosi s̃. de pe. hæ. Si verò facit impensas vtiles, & tunc dñt Vltramõ. aut erat malæ fidei pos. qui tamen habebat cãm à domino, vt conductor, inquilinus, & similes, & ei permittitur deductio expensarũ. Nã colonus, seu ĩquilinus nõ dr̃ possessor: qa nullo mõ possidet, sed detinet, & eius detentio non est iniusta, qa hẽbat dñi volũtatẽ. Vñ si ĩpẽdit, meritò pt̃ deducere. Tex. est ɉ. eo. l. habitator. & iõ puto al'r distinguẽdũ eẽ. Aut malæ fidei pos. facit impensas incipiendo aliquid ædificare de nouo, & tũc vr̃ donare, vt inst. de rer. diu. §. ex diuerso. & iõ si esset ꝑsona q̃ donare non posset aliquo impe

ADDITIONES.

a Paris. ¶ Materiã expensarũ. Adde, ꝙ si aliquis facit expensas, vel melioramẽta, dẽt iudex facere ꝙ ei reficianẽ. & vbi nõ esset probatus valor, & qualitas melioramentorũ q̃tõ valeant. dẽret iudex ex officio suo se informare, æstimare. vel dare retẽtionem sibi ꝓ melioramẽtis, quousq; sint æstimata, vide Cõ. cõ. 102. in 7. dub. & postea in exe cutionibus ad summæ dẽant liq dari, & æstimari, vide ẽt Bal. i 4. no. hic. Itẽ in materia adde Io. đ Ana. cõs. 32. ꝙ si qs facit expẽsas. ꝓ recuperãdo castro, vel re alterius, non cogiẽ restituere, nisi pri⁹ ei soluaẽ, seq. Ias. i l. diuortio. §. iterdũ. in pri. ɉ. so. ma. itẽ circa illud cõs. Paul. de Ca. 326. de quo s̃. an, & qñ nõ sunt liquida, possit. expelli anteq̃ soluãtur melioramẽta, vide Barb. cons. 39. in 2. part. vbi t3 quod sufficeret oblatio cũ fideiussore, si nõ sunt liquida, saluo nisi in instro, vel sentẽtia đcũ esset, vt prius solui dẽrẽt melioramẽta, vt dicit Paul. de Cast. in d. cõs. põdera in si mili, Pet. de Anc. cõs. 32. post prin. Itẽ adde ꝙ ista retẽtio, q̃ fit p p expẽsas necessarias, vel vtiles, factas in re aliena, trãsit ẽt in singularẽ successorẽ. Vide Alex. in l. hoc iudiciũ, § j. ɉ. cõi diui. Are. in l. si quis rẽ. de acq. pos. ad fi. sed cõtra illud qđ s̃. dictũ est ꝙ qñ est dictio prius, nõ sufficiat verbalis oblatio cũ fideiussore, tenet Paul. de Cast. in l. sancimus. in vers. nisi prius. C. de iud. Itẽ quòd istud ius retinẽdi rẽ ꝓ expẽsis, sit mera facultas nõ habens annexũ ius Pignoris, v. de Are. in l. si qs rẽ. ad fi de acq. pos.

b Pro cuius. An ãt bonæ fidei, vel malæfidei, cõputet expẽsas factas cã custodiæ cũ fructibus, vel repetat, Bar. in hac materia fuit sibi contrarius, iõ vide q̃ ibi dixi post Bar. in l. cũ q̃reretur, §. ꝓdiis. de leg. 3. & vnũ no. in hac materia quod si possessor cõueniaẽ ab agẽte, a quo cãm nõ habuit, & sit bonæfi. expẽsas repetit. Si verò cõueniaẽ ab agẽte, à quo cãm nõ habuit expẽsas deducit de fructibus, nõ ãt posset petere, casus est in l. dñs, §. in cõducto. ɉ. loc. no. in l. emptor. & in l. sumptus. & quod ibi Bar. s̃. e. de qua materia adde qđ no. in l. diuortio. §. impẽdia. sol. mat. de materia vide no. per Bald. in l. si qs sciens. C. eo, & in l. si pater. C. de vsuf. & in l. 2. C. eo. per Cy. & Bal. in l. domum C. eo. Et an expensæ factæ in vna re deducantur ex fructibus alterius rei, vide in l. diuortio. §. fi. sol. mat. per Doct. Adde vt per Bal consi. 253. lib. 3.

c Poma. ¶ His præmissis. Vide aliquid per Fel. d. c. cũ causa. de re iudicata.

d Paris. ¶ Alio mõ. vide ad hoc per Ias. in l. si in area. ɉ. de cõditio. indebiti.

e ¶ Si res extat. Et iõ fructibus nõ natis, vel nõ extantibus nõ poterit fieri deductio impensarum, & fructuũ. ita tenet Pau. de Ca. in l. fructus. solu. mat. & no Bar. s̃. & istis adde q̃ hñr in l. si in area. §. j. de cõdi. inde. Et no. quod colonus expulsus, ꝓpter pensionẽ non solutã, repetit pretium operarum, & impẽsas. vide no. Bar. in l. ædem. C loc. & vide quod no. Bal. in l. si pater, in fi. C. de vsufr. Item qualiter fiet æstimatio impensæ necessariæ, vel vtilis, & quod tẽpus consideretur, vide in l. domos. & quod ibi scripsi post Imol. de leg. j.

f Compensari cum fructibus. Fructus compensẽtur cum sumptibus, adde l. insulam. §. fructus. sol. mat. Et illud est verum quãdo sunt percepti à bonæfidei possessore ex re simpliciter aliena. Sed si res esset propriè restitutioni subiecta, tunc non computãtur fructus cum sumptibus, per gl. quã Bald. reputat sin. quæ no. in l. emptor, infra eo. Ita dicit no. Bal. in d. §. fructus. quod tamẽ intellige vt ibi per Ioã. illam etiam alle. Bal. pro fin. in l. domos. de lega. j. & adde no. in l. fi. §. sed quia C. cõmunia de leg. & vide quòd no. Bal. in l. pater. C. de vsufr.

g Possessorem. Adde qui fur non repetit sumptus equi per l. j. & ibi Bald. C. de in fan. expos.

impedimēto, tūc possēt repetere, vt no. ĵ. de do. inter vir. & vxor l. si vxor filio. in fi. de doli excep. l. cū vir. Si uerò non inchoauit ędificiū de nouo, sed antiquū ampliauit, vel ꝑ camera diuisit, tūc ꝑmittit sibi deductio. C. e. l. domū. q̄ n̄ pōt intelligi in colono, vl' inqlino, vt dn̄t Vltrā. qa tota illa lex loqꝉ ī ꝑdone, vt ibi patet. Rō dr̄iæ inter ī choātē de nouo, & reficiētē antiqua, hr̄ ī l. siue hr̄ditaria. ſ. de neg. gest. ꝑdictas āt impēsas nullo casu deducit malæ fi dei possessor, re perēpta. d. l. planè, ſ. de pe. hæ. & eo casu, quo deducit, dn̄t gl. qđ hoc facit offō iudicis, nō ope exceptionis, vt hic notaꝉ, & ꝓbaꝉ ī d. l. planè. Tu āt aľr dic, vt ibi dixi. Si verò facit ex pēsas voluptarias malæ fidei pos. tūc gl. hic dicit, qđ n̄ recuperat, nec aufert, qđ posuit. In ꝯriū vr̄ facere tex. in l. vtiles, ſ. de pe. hær. Gl. in §. ex diuerso. inst. de re. di. dicit, q aliud ī petitiōe hære. aliud in rei vēd. Pōt eē rō, qa magis fauet dn̄o, q euincit rōne dn̄ij, q̄ hę redi q euīcit rōne tituli. l. offm̄. ſ. e. & si esset alia rō hic, esset hæc, qđ si res euinceret in publiciana esset idē, q ī rei vēd. qđ tn̄ relin-
12 quo sub dubio. ¶† Veniam⁹ ad tertiū. s. ad eū, q à principio fuit bonæ fidei, sed ex post facto malæ fidei. In quo dico đ impēsis factis tpe, quo durabat bonę fidei, idē q dixi ſ. de bonę fidei pos. & de impēsis factis tpe, quo erat malæ fidei. in his casibus, in qbus si eēt bonæ fidei, possēt expēsas deducere, isto casu deducet prout dr̄ ſ. l. ꝓx. & sic eligiꝉ q̄dā media via. s. qđ n̄ vr̄ donare, nec possit ī
13 totum deducere. ¶† Quæro qd ergo đ eo, q ab initio fuit malæ fidei, postea incipit esse bonæ fidei, cogitabitis. Ad istā q. facit l. 2.
14 post pr. ĵ. quis or. in bon. pos. ser. ¶† Quæro, qd si n̄ esset malæ fidei respū veri dn̄i, sed respū alterius, quē dn̄m putabat? vr̄ q hēaꝉ tanq̄ bonæ fidei, ar. eorū q habuistis ſ. e. l. itē si verberatū. secundū
15 vnā lec. qōnē verò habuistis ĵ. cōi diui. l. in hoc iudicium. † Prædicta vera, qn̄ impēsæ fiūt à pos. tanq̄ in re sua: secus si alius impē deret tāq̄ in re aliena aīo repetēdi: tūc. n. hr̄et locū actio neg. ges. vt ꝑ totū ti. ſ. de neg. ges. vel alia. l. si seruos. ĵ. de pig. act. & ibi no. & hæc n̄ ē nr̄a mā. Et sic vides, q expēsæ repetuntur qn̄q; ꝑ exceptionē, qn̄q; ꝑ actionē, qn̄q; ꝑ offm̄ iudicis. ¶Vidimus theoricā, vidēda est practica ꝑdictarū legū, & si qdē expēsæ repetūꝉ ꝑ actio nē practica ē clara. n̄ ē nr̄a mā. Si verò repetunꝉ ꝑ exceptionē, vel offō iudicis, tunc q̄ sit dr̄ia in mō ꝓponendi ista duo, dixi in l. pla
16 ne. ſ. de pet. hær. † Videam⁹ ergo qn̄ dēat opponi a ista exceptio,
a siue iudicis offm̄? Et vr̄ q dēat opponi an̄ sn̄iam, & ante æstimationē, vt hic in fi. ibi. eo deducto. quia vt vides condemnatio fit đ ductis expensis, ergo ante æstimationē. De expēsis in contrarium vr̄, qa ēt post sn̄iam ꝑt opponi exceptio, q nō impugnat sn̄iam, l. si fideiussores. ĵ. de fideius. & . lex diuerso. ī fi. ĵ. solu. mat. & l. Nesē nius. §. fi. ĵ. de regu. iur. no. per Do. in l. j. C. de iu. & fact. igno. ideo puto vtrunque ꝓcedere. s. qđ possit opponi an̄ sn̄iam, & post sen tētiam. Nā ille, q dicit se retinere ꝑꝑ impēsas, n̄ dicit sn̄iam malè latā, imo bn̄, sed se hr̄e rōnē ꝑꝑ impensas factas, ſ. e. l. nō solū, qđ
17 ibi vobis dixi. † Secūdo āt casu, qn̄ de expensis ante sententiā discutiꝉ, iudex formabit sententiā altero de duobus modis, vt colli
18 gitur ex isto tex. & gl. ponit in prin. gl. magnæ, teneas q̄ vis. † Vltimò scias, q ad hoc, vt dn̄s excuseꝉ à restōne impensarum, non sufficit ipsum esse pauperē, imò requiriꝉ ipsum esse pauperiorē, ita quod quasi omnia cogeret vendere, vt hic in ver. finge pauperem. In quo aduertas, vt scias facere pōnes, & articulos.

ADDITIO.

a ¶Debeat op. Sed q nō possit opponi exceptio ista post sn̄iam, facit qđ not. bal. in l. peremptorias. C. sen. re. non pos. in ver. extra q̄ro de tali q. nunquid exceptio extenuationis fortis. Sed hic vide Spe. in ti. de exe. sent. §. postremo. ver. qđ si bona fide, vbi non vr̄ se firmare, sed bene se firmat in ti. de exc. §. dicto. ver. sed pone ædificaui, vbi idē tꝫ. & vide Bald. in l. Paulus, ĵ. de doli exc. Adde an exceptio expensarum pro melioramentis possit opponi post sententiam Pau. de Ca. consi. 334. & 17.

§. Redemptores. Qui ædificat in alieno, ex causa cōductionis, trāsfert dn̄ū ædificij. h. d. ¶Op. q ex cā locationis nō solet trāsferri dn̄ū. l. nō solet, ĵ. lo. Sol. gl. q hoc est regulare. Tu dic, q hic nō transit dominium ex contractu locationis, sed quia ædificium cedit solo.

§. Iulianus. Creditor, qui habet ius pignoris, quo excluditur, ius vendendi non habet. h. d.

LEX XLII.

Si quis hac lege. Existēte cōditione pacti addictionis in diē, emptor ipō iure desinit eē dominus & iō nō poterit vēdicare. h. d. ¶Quæro, q̄ dr̄ia est inter primū casum, & ſm̄? Gl. dicit, q primus loquiꝉ de re mobili, scđus đ re immobili. Vel potes dicere q primū pctm̄ nō fuit addictionis in diē. Non. n. fuerūt vsi verbis directis, si res sit inēpta, sed verbis obliquis. s. ab emptiōe recedaꝉ. Scđm verò pctm̄ fuit addictionis in diē directo. l. j. C. de pac. inter emp. & ven. Not. in l. j. ĵ. de dolo. Sed dices tu, ſm hoc in primo casu dominiū non trāsit, ergo emptor potest vti actione in rem. Sol. dic q nō pōt vti ꝯ ipsum venditorem, vel habentem causam ab eo.

§. Si seruus. Qui emit ab eo, qui habet potestatē à dn̄o, habet actionem in rem.

LEX XLIII.

Si in rem. Si hr̄s nō possidet, absoluiꝉ lit. cōt. cū defuncto aľs nō. Itē ex culpa defuncti ꝯdemnabiꝉ. h. d.

LEX XLIIII.

a Quæ religiosis. Lapides sepulchrorum sunt religiosi, & iō sunt exēpti, & nō poterunt vēdicari. & iō actione in factum dn̄o succurritur, sicut si religiosi n̄ essent. h. d. No. istud principium, quod sæpe allegatur.

ADDITIO.

a Poma. ¶Quæ religiosis. Vide Barb. consi. 19.

LEX XLVI.

1 *Possessor bonæ fidei qualiter possit dolum committere.*

d ¶Seruitus mista dicitur, quæ non est merè personalis, puta nō debetur à persona personæ: nec est merè realis, puta non debetur à re rei, sed de vtraq; participat. Huius autem species sunt tres. s. vsusfructus, vsus, habitatio, licet gl. 2. Inst. eo. ponat quatuor. & gl. in l. j. eo. puta seruitus mista debita à persona rei, sed non est propriè seruitus. De hoc parum j̄. patebit in seq. declara.

e ¶Debita à persona rei, hæc non est propriè seruitus, prout capitur in materia nostra Bar. in l. j. j̄. de serui ideo hic non deberet poni. & de hac vide tex. in l. Titio centum §. Titio. j̄. de cond. & dem. & adde quod dixi s. in declaratione seruitutis mistæ.

f ¶Seruitus mista à re personæ debita. Hæc cellula non indiget declaratione, quia satis cognoscitur, si cognoscitur quid sit vsusfructus, quid sit vsus, & quid habitatio.

g ¶Omnes seruitutes sunt diuiduæ, & indiuiduæ, sed sola seruitus vsusfructus est diuidua, cæteræ sunt indiuiduæ, vt est text. in l. j. §. si vsusfructus. j̄. ad l. Fal. in l. stipulationes non diuiduntur. in prin. j̄. de verb. obl. Et quæ sit ratio differentiæ, dic ꝙ est ista fm doct. in dictis iuribus, qa tantam vtilitatē affert vsusfructus respectu partis, quantam totum respectu totius, quod non est in aliis seruitutibus.

h ¶Vsusfructus, est ius vtendi fruendi, salua rerum substantia. Inst. de vsufr. in prin. Et est duplex vsusfructus s. causalis & formalis. Gl. in l. omnium, j̄. de vsufr. Vsusfructus causalis est, q est coniunctus cum sua proprietate. l. si vnus. §. antepen. s. de pac. & iste non est seruitus, ideo non est hic ad propositum. Vsusfructus formalis, est ille, qui est separatus à sua proprietate. & de illo hic est quæstio.

i ¶Vsus, est ius alienis rebus vtendi salua rerum substantia, vt probatur in l. j. cum gl. in verbo, vtendi. j̄. de vsufr. Et non dr̄ in diffinitione fruendi, ad differentiam vsusfructus, vt patet s. in diffinitione vsusf.

k ¶Habitatio, est seruitus personalis mista, in habitando consistens. Et constituitur tantum in domo pactionibus, & stipulationibus, vel in vltima volūtate, sicut in aliis seruitutibus dicitur, vt Inst. de serui. §. fi. Et est habitatio distincta species ab vsufructu & vsu. §. sed si cui. Inst. de vsu & habi. & eius effectus vide ibid.

l ¶Omnes seruitutes reales, aut sunt continuæ, aut quasi ꝯtinuæ, aut discontinuæ. Et ratio istius distinctionis est, qa reales fundo debentur, & fundus non habet animū, per quem retineatur possessio, ideo per factum hominis dicuntur ꝯtinuæ, vel discontinuæ, ꝙ est secus in seruitutibus mistis, quæ cum personę debeantur, solo animo possidentur. Doctrina est Bar. in l. iusto. §. non mutat. j̄. de vsuc.

m ¶Continuæ, sunt illæ quarū vsus durat perpetuo actu, ac potētia, vt aquæductus, & tignū immittēdi. Paulus & Flo. in l. seruitutes. la 4. de serui. ti. gña. Et istæ præscribūtur sine titulo, & longo tpe, puta decē annis inter presentes, & viginti inter absentes, exemplo rerū immobilium. l. fi. C. de præscrip. long. tempo. & l. 2. C. de serui. & aqua.

n ¶Quasi continuæ sunt illæ, quarum vsus durat perpetuo potentia sed non actu, vt seruitus stillicidij, secundum Cæpo. in tract. de seru. vrba. prædio. c. xix. & istæ quo ad præscriptionem æquiparantur seruitutibus continuis, text. est in l foramen. j̄. de serui vrba. præd.

o ¶Discontinuæ, sunt illæ quarū vsus non durat perpetuo, nec actu, nec potentia, vt iter, via, actus, & istæ nullo tpe præscribuntur, Bald. in l. 2. C. de ser. & aqua. & l. seruitutes. l. 4. j̄. de serui. ti. gñali. Nisi tanto tpe, cuius initij nō extat memoria. l. hoc iure. §. ductus aquæ. j̄. de aqua plu. arcen. Sunt & aliæ fallentiæ, quas vide per Cæp. in d. c. xix.

p ¶Vrbana. ¶Seruitus vrbana realis est illa, q̄ prædio vrbano debetē fm Ias. in §. eq. Inst. de act. Et vr̄ pdium vrbanū oē ædificiū gr̄a habitādi factū, siue in rure, siue in ciuitate sit positū. Bar. l. seruitutes. la 4. j̄. de ser. ti. gñali. Et est duplex, qdā est affirmatiua, & quedā negatiua.

q ¶Affirmatiua, est verbis affirmatiuis concepta. Seruitutes affirmatiuæ sunt istæ, quæ sequuntur.

r ¶Altius tollendi, est quoddam ius à prædio alteri debitum, quo qs tenetur ædificare propter aliquam vtilitatem, ex hoc vicino ꝑuenientem per tex. & gl. & ibi Bart. in l. 1. j̄. de serui. vrb. prædio.

s †Stillicidium admittendi, est quoddam ius quod meo prædio est debitum, vt possim meum stillicidium super tectum, vel aream vicini deriuare. Colligitur ex nota. per Cæpollam, in tractatu suo de serui. vrba. præd. cap. xxviij.

t ¶Tignum immittendi, est ius, quo tignum super parietem vicini possum immittere, vt in l. 1. j̄. de serui. vrba. prædio. & immittitur cū in meo, & in alieno requiescit. l. malum. §. 1. j̄. de verb. sig. & l. quemadmodum. j̄. ad legem Aquil.

u ¶Seruitus proiiciendi, est ius, in quo ex fundo meo vrbano in solum vicini licitum est proiicere aquam, per text. & ibi Flo. in l. 1. j̄. de serui. vrba. prædio.

x ¶Protegendi, est ius, ex quo meo prædio vrbano supra tuum solum protectum aliquod habere possum, ex no. per Cæp. in tractatu de seruit. vrb. præd. cap. xxxij.

y ¶Prospectus. De hac vide Cæp. in tract. de seruit. vrb. in c. 34.

z ¶Luminum, est ius, quo vicinus in ædificando tenetur domui meę dimittere lumina sufficientia, vt l. luminum. j̄. de seru. vrb. præd.

& ¶Oneris ferendi. Vide Cæpo. in suo tract. seru. vrb. in c. 37. qui suo more perpulchrè declarat.

ꝯ ¶Itineris seu aditus, est ius, quo ꝑ domum tuam possum ire ad meā l. seruitutes, quæ in superficie. §. si domo. j̄. de seru. vrb. pręd. & tunc de die tantum licitum est ire, de nocte debet seruitutis ianuam claudere, per gl. in l. iter. & ibi Pau. & Flo. j̄. commu. præd.

ꝶ ¶Negatiua, est verbis negatiuis concepta, & seruitutes vrbanæ negatiuæ sunt istæ, quæ sequuntur.

A ¶Altius non tollendi, &c. est ius, quo alteri suum ædificium extollere me inuito fas non est. l. altius. & ibi no. C. de serui. & aqua. arbores tñ plantari licitum est. l. ꝙ autem. & l. ædificia. j̄. de ser. vrb. præd.

B ¶Stillicidium nō admittendi, est ius, quo vicino stillicidium suum alteri deriuari fas non est, vt supra solum, vel aream meam cadat, vt est tex. cum gl. & ibi Bart. in l. 1. j̄. de seru. vrb. præd.

C ¶Ne prospectus, est ius, quo alteri prospectum meum minus grauiorem reddere non licet. l. inter seruitutes. la 2. §. 2. j̄. de seru. vrba. & differt à seruitute prospectus, vt per Cæp. in tracta. de seru. vrba. c. xxxiiij.

D ¶Ne luminibus officiatur, est ius, quo alteri lumina mea, siue ædificando, siue arbores plantando auferre fas non est, l. lumen, §. si arborem. aliàs l. si arborem. j̄. de seru. vrb. præd.

E ¶Rustica. Seruitus realis rustica est illa, quæ debetur prædio rustico, vt l. 1. j̄. de ser. rust. præd. & Instit. de seru. §. ideo autem. & prædium dicitur rusticum omne illud, quod fit gratia percipiendorum vel colligendorum fructuum. l. eo iure. §. tabula. j̄. in quib. cau. pig. taci. contrahitur.

F ¶Rustica nominata est illa, q̄ habet nomen iuris, & à iure impositum, quæ non denominatur ab actu gl. super verbo, via ꝑtinet. & ibi Pau. in l. 1. j̄. de seru. rust. præd. Bald. in rubr. de vsufr. C.

G ¶Iter, est ius eundi, ambulandi hominis, non iumentum agendi, vel vehiculum. l. 1. in prin. j̄. de serui. rusti. præd. & dicitur eundi solus & planè. Ambulandi verò cum alio, vel currendo, per glo. & ibi Paul. de Cast. in d. l. j. superius allegata.

H ¶Via, est ius eundi, agēdi, & ambulādi hominis, in l. 1. §. via j̄. de ser. rust. præd. Et talis hastā rectā, & lapides, & trabē trahere potest, ꝙ habenti actum non permittitur. l. qui sella. in prin. j̄. de seru. rust. præd.

I ¶Actus, est ius agendi iumentū, vel vehiculum. §. actus Inst. de ser. & dic agendi, ante se vel post se scilicet ad manus, gl. in d. §. actus.

K ¶Aquæductus, est ius ducēdi aquā ꝑ fundum alienum. l. 1. §. aquæductus. j̄. de ser. rust. præd. Et intellige siue ꝑ fistulā, siue per quodlibet instrumentum fictile. l. si prius. §. placuit. j̄. de aqua plu. arcen.

L ¶Rustica innominata, est illa, quæ denominatur ab actu, nec habet nomen à iure impositum. Glossa & ibi Paulus in l. 1. §. in prædiis. j̄. de serui. rust. predio. Plus tamen placet opinio Cæpollæ in tract. de seru. vrb. præd. c. ix.

M ¶Arenæ fodiendæ, est ius, quo in fundo vicini possum arenam fodere, fortè vt ex his fiant vasa, vel ædificia rustica, vt colligitur ex §. inter rusticorum. Insti. de seruitutibus.

N ¶Calcis coquendæ, est ius, quo in fundo vicini licitum est calcem coquere ad vtilitatem mei prædij rustici. Cæpol. in tracta. de serui. rust. præd. c. x.

O ¶Aquæ haustus, est ius hauriendi aquam de puteo, vel fonte, vel de alia aqua vicini, secundum Azonem in summa, C. de ser. §. haustus. & secundum Cæpo. in tract. de seru. rust. præd. c. vij.

P ¶Pecoris ad aquā appulsus, est habere ius appellādi, seu agēdi pecora agri mei ꝑ prædium vicini ad fontē vel puteū, vt nota. in §. inter rust. Inst. de seru. Et per Azonem in summa. C. de serui. §. pecoris.

Q ¶Ius pascendi est ius pecoris pascendi in fundo alieno agri mei causa, per l. primam. §. fi. j̄. de seruit. rust. præd. l. qui seruandarum. §. fi. j̄. de præscriptis verbis.

Liber

LIBER OCTAVVS.

De seruitutibus. Rubrica.

¶Dictum est s. de seruitutib. personalib. sequitur videre de realib. Sed opponitur, q seruitus non potest sine vsu cstitui. l. j. s. de vsufru. Huius timore facta est gl. in l. j. huius tituli. quę distinguit quatuor genera seruitutum, vt videbitis per ordinem. j. eo. l. j.

LEX PRIMA.

1 *Deus fecit hominem, vt dominaretur alijs rebus.*
2 *Seruitus realis quid sit.*
3 *Seruitus quo iure sit inducta.*

Seruitutes. Seruitutũ aliæ personales, aliæ reales. h. d. ¶Opp. nam de seruitutibus personalib. loquitur tit. de sta. ho. & de his qui sunt sui, vel alie. iu. non liber præsens. Huius timore glo. soluens dicit, q hæc distinctio non est perfecta, & ideo debes distinguere quia seruitutum aliæ merè psonales, quæ debētur à persona personæ, vt in tit. de sta. ho. Aliæ merè reales, quæ debentur à re rei, vt in hoc ti. Aliç quæ debentur à re personæ, vt vsus, & vsusfructus, de quibus loquitur precedēs liber, vnde nō est merè personalis. Aliç quæ debētur à persona rei. l. Titio. §. Titio. j. de cōdi. & dem. & l. Meuia de manu. test. Assumo primam. & ostendo, q tit. de sta. homi. non loquitur propriè de seruitutib. Nam seruitus propriè non potest esse nisi sint duo. s. ille, qui dominatur, & ille qui seruit l. j. j. commu. præd. sed j. ego reperio, q est seruitus sine domino, vt l. quod seruus j. de stip. seruo. ergo nō est propriè seruitus. Rñ.
1 naturaliter.† Deus fecit hominē vt dominaretur omnib. aliis rebus. l. in pecudũ. j. de vsuris. & l. iustissimè. j. de ædil. edic. Oēs ergo aliæ res naturaliter seruiunt homini. Si ergo aliquo modo efficitur, q homo exeat de numero hominum dominātium, & trãseat in numerum rerum seruiētium, meritò dicitur seruus, hoc est, de genere seruiētium, & si in nullius bonis esset, ita posset occupari, sicut quælibet alia res. d. l. quod seruus. Venio ad secundum. s. ad seruitutes merè reales, de quib loquitur iste tex. & istæ res, in quibus est hæc seruitus, omnes sunt de illo genere rerum, quæ homini seruiunt, & subiiciuntur, & tamen inter se vna alteri dicitur dominari. Et ideo nō potest esse prædium seruiēs sine prædio domināte. l. j. j. com. præd. ¶Quæro ergo,† qd est seruitus? Istã diffini
2 tionē nō reperio, possumus tamen pbabiliter sic diffinire: Seruit⁹
a est i⁹ quoddã prædio inhærēs, ipsius vtilitatē respiciēs, & alterius libertatē seu ius diminuens. ita pōt diffiniri. Dixi q est ius, istud pbatur Inst. de reb. corpo. & incorp. & s. de re. di. l. j. in fi. & j. tit. 2. & l. j cum infinitis similib. Seqtur prædio cohærēs, pbatur s. de neg. gest. l. qui in aliena. § fi. Quod dixi, cohærens, dixi vt significarem q est quædã qualitas prędij nō inhærēs ipsi prædio principaliter, sed accessoriè, vt j. eo. l. seruitutes. de ver. sig. l. quid aliud. Itē ideo dixi prædio cohærēs, vt p hoc denotarem seruitutē inesse prædio dominãti actiuè. l. arbor. §. fi. j. com. diui. Sed huic obst. j. eo. l. 3. q vř velle inesse prædio seruiēti. Rñ. ipsi prædio inest passiuè, & priuatiuè Ius. n. eius diminuit, vt statim dicã. Ideo nō dicitur propriè inesse, sed magis deesse. Si cui. n. offenderetur oculus, nō ppriè dr q ei inest cęcitas, sed proprius ei deest lumen. Item huic obstat, qd alibi dicitur q seruitutes nō sūt in bonis, nec extra bona, ergo nō inest prædio dominãti, vt l. j. de vsufr. leg. Sol. vt ibi per gl. & l. rem in bonis. de acqui. re. dom. Nō est. n. in bonis, nec extra per se & principaliter, sed accessoriè. Sicut qualitas inest subiecto, benè est in bonis, hoc est in prædio dominãte. Sequitur, ipsius vtilitatē respiciēs: hoc ideo dixi, quia nisi vtilitatem prædij cōtineret, non posset cstitui seruitus. l. si ædes. j. tit. j. & tit. 2. l. & Attilicinus. Seqr, & alterius libertatē seu ius diminuēs. Istud probatur in l. stipulatio ista. §. si qs fortè. j. de ver. obli. Et qd dixi, alterius, ideo dixi, qa nō pōt esse prædium seruiēs sine prædio dominãte. l. j. com. præd. Itē qd dixi, alterius, intelligo. s. domini, vt l. j. j. quē ad. serui. amit. Item intelligo alterius in totum, vel in partē quãdoq; vt videbitis in l.
3 pro parte. j. c. ¶Quęro, quo† iure sunt inductę istæ seruitutes? Rñ. de iure gētium. Istud pbatur inst. de ser. in fi. Diuisiones autē istarum seruitutũ realium videbitis per iuriscōsultum. Quia aliæ vrbanorũ, aliæ rusticorũ, & quælibet habet diuisiones per se, & est certa species eius, q quædam est seruitus, quæ debetur à re personæ, vt vsus, & vsusfructus. & de istis vidistis in pcedētib. titulis Venio ad quartũ genus. s. quãdo debetur à persona rei. qd de iure Digestorũ nō est repertum, nisi in liberto, vt possit cogi ad morandũ in certo loco, vt l. Titio. §. Titio de cond. & dem. & l. Meuia. de ma. test. De iure Codicis reperitur in agricolis, & cēsitis, qui sunt adscripti glebæ, adeo q à solo separari non possunt, vt l. quemad. C. de agri. & censi. lib. xj. & per multos titulos ibidem.

ADDITIO.

a ¶Quid est seruitus. Vide Insti. de act. §. æquè.

LEX II.

1 *Dominorum vnus potest constituere rem pignori pro sui parte pro indiuiso*

Vnus. Dicit gl. hoc est verum nisi alij consentiant ante, vel post. l. per fundum. j. tit. 2. Quero rōnem huius? Rñ. quia seruitus cōstituit ad vtilitatē pdii dominãtis, & diminutionē pdij seruientis Mō vna ps p indiuiso nō pt vtilitatē recipere. Nō em posset ducere aquã ad fundũ cōem p certa parte, p indiuiso neq; ducere p fundũ alienũ pro indiuiso, ideo nō pt ab vno
1 cstitui. j. e. l. ad certã Et ex hoc† apparet, qd vnus ex dñis pt constituere pignori rē pro parte sua pro indiuiso. C. si cmu. res pig. da. sit. l. j. quia illud fit ad securitatem debiti: q securitas pōt pstari pro indiuiso, nō aūt pōt pstari vtilitas, seu seruitus fundo meo p certa parte p indiuiso, vt hic. Et circa hoc vide l. stipulationes non diuiduntur. in primis quatuor contrariis. j. de verbo. obliga.

LEX III.

Seruitutes prædiorum. Seruitutes pñt imponi solo & superficiei. Vel sic Seruitutes pñt diminuere soli vtilitatem & superficiem. h. d. Reuoco in dubiũ intellectũ legis nřæ, qdam exponũt. i. aliæ rusticæ aliæ vrbanę, qd gl non placet, qa istã diuisionem vidistis s. eo. l. i. Alij exponũt alr, vt dixit gl & ego dixi in summario. ¶Sed tunc, op. primò sic, Seruitus seruitutis eē non pt. l. 1. de vsufr. leg. ergo in superficie nō poterit imponi seruitus. Gl. rñdet mirabili
a ter non est verũ qd superficiesa sit seruitus, imo est vtile dñiũ tenementi istã gl. Extra gl. oppo seruitus nō pōt constitui p parte vt s. eo. l. pxi. ergo nō pōt constitui in superficie tm, quæ est pars domus. l. solũ. s. de rei ven. Rñdeo nō constituit p pte, imò insolidum, qa qlibet est dñs in solidũ illius domus: vnus iure directo. alius iure vtilis dñij, qd apparet, qa sufficiens p se nō pt censeri. l. obligationũ fere §. placet. j. de acti. & obli Opp. hic innuit quod seruitutes sunt in solo, vel superficie seruiente. contra imò seruitutes sunt in prædio dominante. l. arbor. in fi. j. commu. diui. & dixi s. l. 1. Sol. in prædio seruiente inest passiuè, in prædio dominante actiuè, quod nota benè.

ADDITIO

a ¶Quod superficies Est tex. gl. & ibi Bar. in l. j. § fi. de superfi. & institu. de act. § ęque.

LEX IIII

1 *Seruitus non potest constitui sub conditione extinctiua, sed inchoatiua sic.*
2 *Dictio donec, dum vel quandiu, & similes, an faciant conditionem, vel modum.*
3 *Seruitus quare non possit constitui sub conditione & ad diem, & mod s, de quibus in hac lege.*
Vsusfructus potest constitui sub conditione, & ad diem. & nu. 6.
4 *Tempus quare non sit modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*
5 *Dominium quare possit transferri ad tempus.*
7 *Vsusfructus quare potest constitui sub conditione & ex tempore.*

Seruitutes. Seruitus nō pōt extingui tpe, vel cdōne neq; cstitui ex tpe ipso iure, sed ope exceptionis. h. d. Et est ista lex multũ difficilis & subtilis & ista est vna lect. Legit in gl. sup verbo, c placitũ. ibi, posset ēt, &c. alio mō p quosdã Doc. legit tertio mō. ¶Examinemus primò istã, & opp. de j. rñso ad fm rñsum. Sol. primũ loqt ipso iure: fm rñsũm loqt de ęqtate, q dēt seruari. l. placuit C. de iudi. ¶Scdò oppo. de l. 4. & v. de vsuf. Sol. aliud in seruitutib⁹ psonalibus, q pñt cstitui ad tps, & ex tpe, vt ibi aliud í realib⁹ vt hic. Vtrũ hoc sit verũ, & q sit ei⁹ rō, dicã j. Sd p declone literę qro qd est hoc dcm qd ñ pt seruit⁹ cstitui ex tpe? Gl. intelligit, hoc est vt valeat post tps, ad id qd seqt, neq; ad tps, hoc est vt valeat ad tps, & ñ vltra. Itē pon t gl. vnũ exēplũ. si ego cessi tibi seruitutē, vt alternis dieb⁹, vel horis vtaris. ista seruitus non finitur, licet finiat vsus. Et ad istud exēplũ oppo. de l. si prius j. de aqua plu. arc. Sol. ibi fuerũt cstitutæ seruitutes diuersis tpibus. hic vno. ¶Item ad id op. de l. Labeo. infra tit. 2. Sol. intelligeillam fm istam. Venio ad illud: q tex. dicit neque sub cdōne, neque ad certã cdōnē, & qro exempla. Gl. ponit opiniones. Dñt qdã sub cdōne cstitui, si constituo seruitutē purè, hoc acto q ita demũ possit vēdicare & vti, si nauis ex Asia venerit istud exemplum nō placet, qa tex dicit q non pt cstitui sub cdōne. Exēplũ istud ponit quòd cdō fuit adiecta vsui, vel vendicationi, non ipsi cōstitutioni. Vnde alij dñt, q fuit cōstituta sub cdōne, si nauis ex Asia venerit, sed añ cdōnis euentum tradidit, & statim incipit. l. sub condone. de sol. & l. sed nisi. j. de iure do. Certè non hoc placet. qa fm hoc cdō fuit adiecta promissioni non traditioni. Tex. ãt dicit q non pōt adiici ipsi cstitutioni p cstitutionem, Ego intelligo pmissionem, & tradōnē vel quasi sicuti dicimus in l. 3. §. dare. s. de vsufru. & j. eo. l. pe. Vñ alij ponũt exēplũ, q non pt cstitui sub hac cdōne si volã: sic nec alia oblo constitui potest. l. sub hac. infra, de act. & obl. Istud ēt nō placet, primò qa hæc lex vult facere dñiã inter constōnē seruitutis, & alios actus, p hoc nulla dñia fieret. Præterea, istud est exemplũ. qd hic ponit iuriscōsultus, qñ seruitus cstituitur ad certã cdōnē nō qñ constituitur sub cdōne.
1 Et iō gl.† tua dicit, seruitus non potest constitui sub conditione

ne.s.extinctiua: sed benè potest ꝯstitui sub condõne inchoatiua, seu inductiua, sicut & dñiũ, ꝓbatur in l.q absenti. §.si qs.ĵ.de acq. pos. Vñ si constituo tibi seruitutẽ, hoc acto, ꝙ extinguat̃ si nauis ex Asia venerit, nõ valet ipso iure. Sed si ꝯstituerem tibi seruitutẽ si nauis ex Asia venerit, istud bñ põt fieri. Ita intelligit̃ qđ hic dr̃, neque sub condõne, & in hoc cõiter resident oẽs Doct. illud aũt, qđ seqtur neq; ad certã ꝯdõnẽ dicit gl. intellige, hoc est, ad certũ modum, vt sit sibi seruitus ꝯstituta donec nauis venerit,
a vel dum volã & sic est qdã modus, dicit gl. Ex qua glo. hẽs, † ꝙ hæc dictio, donec vel dum, vel quãdiu, & siles, faciunt modũ, & non ꝯdõnẽ. In ꝯriũ vr̃ tex in l.pr̃ Seuerinã. in fi.de ꝯdi.& demõ. & ẽt tex.ĵ.ea.l.q dicit ad certã ꝯdõnẽ. Præterea, seruitus põt ꝯstitui ad certum modũ.ĵ.ꝓxi.§. Dicas ergo sic, qđã est ꝯdõ momẽtanea: qđã est ꝯdõ, q̃ hẽt cãm successiuã. Mõ illud, qđ dr̃ seruitus non potest cõstitui sub ꝯdõne extinctiua, intellige de ea q̃ habet cãm momentaneam, vt puta cõstituo tibi seruitutẽ, q̃ extinguatur si nauis ex Asia venerit. Quædã est condõ, q̃ hẽt cãm successiuã, & de illa loqtur dũ dicit, neq; ad certã cõdõnẽ. vt puta, ꝯstituo tibi seruitutem, q̃ duret q̃diu volam hoc est, q̃diu continuat̃
3 successus volũtatis meæ ꝯtinuatur seruitus: & cũ deficit volũtas deficiat seruitus, vel quandiu talis viuet, & silia. ¶Quæro, † & mõ intremus subtilitatem harũ legũ, quare seruitus non p̃t ꝯstitui p̃dictis modis? Dñt qdam, nec dñiũ p̃dictis modis põt ꝯstitui. Qđ gl. reprobat p l.q absenti.§.si qs.de acq.pos. Dñiũ eñ s̃m verã opi. põt transferri sub cõdõne, & ad diẽ. Casus est in l.fi.C.de leg. Rõnem ĵ.dicã. Item qa vsusfructus, q pars dñij est, põt constitui sub cõdõne, & ad diem. s̃.de vsufr.l.4.& tetigi s̃.in scđo ꝯrio. Vñ alij ponunt aliã rõnem. s.qa tp̃s nõ est modus tollendæ, vel inducẽdæ obligationis l. obligationum fere.§.placet.ĵ.de act.& obl. & ĵ.de leg.j.l.nemo põt. Glo. istã rõnẽ non reprobat neq; approbat, sed dat tertiã, qa lex voluit cõstituere seruitutes cũ quadam ꝑpetuitate, ꝑp vtilitatem p̃diorũ. Ista rõ non est bona, qa s̃m hoc non ĩpediret̃ ꝯstitui seruitus ex tp̃e, quia tunc eẽt ꝑpetua ex pte post, sicut illa quæ purè ꝯstituitur. Dñm est ergo, ꝙ rõ p̃cedẽs est vera benè intellecta: nã in seruitutis ꝯstõne, ille, q eã ꝯstituit, sp remanet obligatus parti.ĵ.e.l.pen.& not. in l.corruptionem. C.de vsufr. Sed qa tp̃s nõ est modus tollendæ, vel inducendæ, oblõnis iõ hæc seruitus in qua sp est oblõ p̃sonalis, non p̃t ꝯstitui ex tpe,
4 vel ad tp̃s. Sed tunc vltra † ꝯramus, q̃ est rõ istorum? Iurisconsultus in d.l.oblõnũ fere.§.placet. vr̃ ponere duas rõnes, vnã ꝙ certi sunt modi ꝯstituti ad tollendas oblões inter quos non est tp̃s. Aliã rõnẽ vr̃ ponere, qa sicut nãlr ædificiũ cedit solo nec facere p̃t qs ꝙ superficies nõ cedat solo, ita nãlr oblões sunt ꝑpetuę.
a Mõ haberem⁹ videre istã nãlitatẽ. Rñ oblões sunt infixę ossib. nr̃is, adeo ꝙ à nobis separari nõ p̃nt sicut caracter qdã, vt gl l.3. ĵ.pro soc. Qualr aũt character imprimet̃ in aĩa, cum sit qđ merè sp̃ũale non bñ cadit in intellu, nisi p exẽpla charecteris corporalis. Ponamus ergo in charactere corporali infigẽdo in corpus, si aliqs vellet cũ ferro ignito ĩprimere charactẽrẽ in corp⁹ alicui⁹ aĩalis, vel hoĩs, & dicere ꝙ illa ĩpressio incipiet in die futura non posset, imo statim incipit cũ ĩprimit̃, de necessitate naturæ. Itẽ si qs vellet dicere ĩprimo tibi hoc, vt nõ duret nisi hĩc ad Pascha, ñ posset qa de necessitate durat ꝑpetuõ. Et eodẽ mõ si qs vellet imprimere hãc actionẽ, ꝙ resolueret̃ ĩ ꝯdõnis casualis euẽtũ ñ pos. set. Ita oblões, q̃ ĩprimũt in p̃sonã nr̃am licet sint inuisibiles, non p̃nt imprimi ex tp̃e, neq; ad tp̃s nec sub ꝯdõe extinctiua neq; ad certã ꝯdõnẽ: eodẽ mõ nec seruitus p̃dialis. Primo p eãdẽ rõnẽ, qa ei inest oblõ p̃sonalis. Scđo, qa p eã imprimit̃ qđã qualitas p̃dio dominãti, & ẽt p̃dio seruienti, vt dixi s̃.l.proxi.& s̃.l.j. Dices tu eadẽ rõne nõ poterit ꝯstitui sub condõne ex qua incipiat: cuius ꝯtrariũ dixi s̃. Rñd. ꝙ sub condõne nõ cõstituitur, imo conditionem differt. Inst. de verb obl §.sub cõdõne. Vñ character ille non imprimit̃ bñ: ergo p̃t differri, donec ĩprimat̃. Sed q consti tuit ex die vel ad diem, statim imprimit, & cedit dies. l.cedere diẽ.
5 ĵ.de verb.sig. Ex p̃dictis † apparet q̃ est rõ ꝙ dñium p̃t transferri ad tp̃s, ita ꝙ dñiũ recedat ex tp̃e.l.fi.C.de leg.licet secus ĩ obligatione. l.nemo potest.ĵ.de leg.j.& in d.§ placet. qa dñium non est affixum ossibus nr̃is, & iõ põt separari à nobis, & trãsferri in aliũ
6 simplr̃. l.traditionibus.C.de pac.l.3.infra, ꝓ soc. Quęro ergo, † & reuoco in dubiũ qđ in vsufructu, vtrũ possit cõstitui ex tp̃e, vel ad tp̃s, & silia? Gl.j.huius legis tenet ꝙ sic Idẽ in l.4.s̃.de vsufr. Cõtrariũ tenet gl. in l.oblõnũ fere §.placet, infra.de act.& ob. Et rñdet ad l.4.de vsufr. Qđ eñ ibi dr̃ intellige ope exceptionis, nõ ipso iure, ꝓ qua facit, ꝙ etiã in vsufructu sp ꝯstituẽs remanet obligatus parti l.3.§.dare. s̃.de vsufr & no. C.de vsufr.l.corruptionem. Sed oblõ p̃sonalis non p̃t ꝯstitui ex tp̃e vel ad tp̃s, &c. ergo neq; vsusfructus. Quid dicemus? teneo ꝙ vsusfructus possit ipso iure constitui & ad tp̃s, & ex tempore, & sic differt à seruitutibus rea-
7 libus. Tex. est in l cum vsusfru. infra de vsufr. lega. Videamus † q̃ est rõ. Quidam dñt, ꝙ rõ est, qa seruitutes p̃diorũ dẽnt eẽ ꝑpetuę, non vsusfructus, vt hic in fi. gl. magnæ nihil ad propositum. Alij dñt vsumfructum recipere diuisionem realẽ, ergo diuisionẽ in tẽpore eadem rõne. Secus in seruitutib. realib. trufsæ sunt. Rõ est illa, quam s̃ tetigi, qa vsusfructus est pars dominij ideo nõ inhæret ossib. nr̃is, & põt à nobis separari ex tp̃e, sicut dñium, vt d.l.4.& 5.de vsufr. Et si dicas saltem ista est oblõ p̃sonalis: q̃ ossib. nostris inhæret. Rñ. ꝙ illa oblõ p̃sonalis nõ extinguitur tp̃e, ita ꝙ tẽpus sit immediata cã extinguẽdi illã oblõnem. Tp̃e.n. perit ius vsusfr. quo perempto oblõ extinguitur, sicut semper extinguitur obligatio pẽpta re, quæ in oblõnem deducitur absq; culpa debitoris, vnde rei pẽmptione extinguitur obligatio nõ tp̃e. Itẽ dices tu vsusfr. est seruitus, & licet nõ inhæreat ossib. vsufructuarij, tñ ipsi prædio imprimit quãdam qualitatẽ, seu quẽdam characterem, sicut dixi s̃.de seru.præd. Rñ nõ est verum. Nam seruitus est quædã qualitas ipsius fundi: propter hãc.n. seruitutẽ fundus dominãs est melior, & iste est deterior. Vsusfructus nõ est qualitas prædij, quia talis est fundus, in quo alteri debetur vsusfructus, sicut si nemini deberetur: sed p vsumfructũ n diminuitur ius dñij, nõ fundi: & sic nec in persona, nec in fundo imprimitur qualitas, quæ possit dici character, quę insit ossib. Sed dices tu, si hęc sunt vera, ergo seqtur ꝙ nũquã seruitus extinguetur ipso iure. qđ est cõtra tit.ĵ.queãd. ser.amit. Rñ. vt dixi, character, vel signum nõ potest imprimi, vt duret ad tp̃s, sed bñ est possibile ꝙ ipsa natura illud signũ ꝯsumat in tẽpore, nõ aũt tẽpus ipsum p se, vel volũtas imprimẽtis. Ita eodem modo lex ipsa per suos modos ꝯsumit seruiturẽ in tempore, & alias obligationes. Sunt.n. modi tollẽdarum obligationum, vt inst. quib. mo. tol. obl. Item dices tu, secũdum hoc pacto cõtrahẽtium nũquam posset remitti seruitus, ꝙ est cõtra l.ad certã.ĵ.e.& l.seruitutes.§.seruitus. ic. Rñ. sicut p aliquod, ꝙ tu faceres in illo instãti, quo signũ imprimis, nõ posses facere signum extingui ex tempore, sed ex post facto posses adhibere medicamẽta, per quæ signum extingueretur: ita p id qđ adiicitur in ipsa seruitute vel in obligatione eius, nõ põt fieri ꝙ extinguatur ex tẽpore, sed ex post facto benè p̃t remitti. Ita loquũtur cõtraria. ¶Sumus expediti de prima lectu. Secũdo modo legitur istud principiũ in gl. vt dicatur sic, Seruitus nõ põt ꝯstitui sub cõditione, vel in diẽ: & si apponat̃, reiicitur: & remanet ꝯstitutio pura. h.d. secũdum secũdam lec. Istã lec. reprobat gl. qa nihil est tam conueniẽs, q̃ pacta seruari. Adde aliam rõnem, qa licèt ꝯditio apposita impossibilis remoueatur de vltimis volũtatib. nõ tamen remouetur de dispositione inter viuos. l.nõ solum. de act.& obli.& l.impossibilis de verb. obli. Quidã Mod. vt Nic. de Mat. legũt istam legẽ alio modo, sic, Quidam sunt actus legitimi, q nõ recipiũt diẽ neq; ꝯditionem. l.actus legitimi. ĵ.de reg. iur. Similiter & filiatio. l.si tibi filius. s̃.de adop. & in illis appositio diei, vel ꝯditionis vitiat actum. Item in seruitutibus appositio diei, vel conditionis vitiat seruitutem ipso iure. Sed tamen ope exceptionis, hoc est, replicationis de æquitate succurretur vendicanti seruitutem. Ista lect. non placet, quia textus loquitur, quòd succurritur contra vendicantem, non ipsi vendicanti. Teneas ergo lecturam gloss.

ADDITIO.

a Videre istam. Vide de ratione quare seruitus neq; ad tempus neq; ex tẽpore cõstitui põt, & subtiliter. & istis adde Bar. in l.nemo põt. in 2.parte. de leg.j.& per Imo. aliquid in l.eum qui ita.§.qui ita. de verbo. obliga.

§. Modum. Seruitutes, & earum vsus, possunt modificari in ista ꝯstitutione, licèt nõ extingui. h.d. ¶Quęro, quid vult dicere, nõ ad tẽporis cãm? Rñ. quasi dicat, nõ facit seruitutẽ tẽpore finiri, & tẽpore incipere, sed tota est vna seruitus sic modificata. Sicut.n. in impressione signi, vel characteris corporalis, in ipsa impressione nõ põt fieri, ꝙ extinguatur tp̃e, sed ipse character p̃t modificari vt sit maius, vel min⁹, ita in ꝯstitutiõe seruitutis nõ põt apponi aliqđ extinctiuũ ipsius, sed aliqđ modificatiuũ.

LEX V.

Via, iter. Seruitus prædialis potest constitui eisdem modis, quibus personalis. h d.

LEX VII.

Vt pomum. Nõ potest imponi seruitus prædio, quæ non respicit vtilitatem alterius prædij. h.d. Quęro rõnem? Gl. ponit vnã, & reprobat. Finaliter dicit: ratio est, qa seruitus prædialis requirit prædium, cui seruiatur: quod hic nõ est. l.j.ĵ. commu. præd. Cum ergo nõ respiciat vtilitatẽ prædij, sed delectationẽ personę, seruitus prędialis dici nõ põt. Sed quęritur, an hoc sit seruitus personalis? Quidam, vt Hug. antiquus gloss. dicit ꝙ p̃sonalis. Gl. dicit ꝙ non est p̃sonalis: sed est qđdam pactum. Cy. C. de vsufr. sup rub. tenet opi. Hug. ego semp teneo opinionẽ glo. vt plenè examinaui in l.Mela.§.fi. de ali.& cib. leg. vbi vr̃ casus. Facit
a qđ no. in l.pecoris. a ĵ.de ser. rust. præd. facit l.pe.ĵ.de ser. le. Dices tu, quare cũ ꝯstituatur vsus, & vsusfructus, q est seruitus personalis, non potest constitui hæc seruitus, vt spatiari, & cœnare liceat? Respon

ADDITIO.

a Paris. ¶L.pecoris. Vide quæ ibi addidi.

a Respõ. vt dixi a heri i l. seruitutes. s. eo. seruitus, vsus, & vsusfructus de iure dñij plene diminuit, qđ cõponit ex proprietate, & vsufr. Vñ qcqd habet diminuere de fructibus, & concedere alij, potest dici seruitus psonalis: sed, ire, & spatiari, & cœnare in loco, non diminuit de fructibus, vt alteri acquiratur, & sic nõ est seruitus personalis, nec prædialis, qa non fit ad vtilitatẽ alterius pdij, sed est q̃dã obl'o psonalis, vt patiaris me sic facere. Ista vero, vt mihi pomũ decerpere liceat, posset forsan ccedi, q eẽt seruit⁹ psonalis, cũ habeã vsum, vel vsumfructũ arborũ. Vtilitas huius inuestigationis est, qa si est seruit⁹, potero facere c quẽcũq; possidẽtẽ: si est obligatio psonalis tantũ, nõ possem agere, nisi ctra eum: q pmisit j. de consti. pecu. l. fin. & de contrahen. emp. l. fin. §. fin.

ADDITIO.

a ¶Rñdeo vt dixi. Adde Bal. post Cy. in rub C. de vsufru. & quid si sum obligatus dare ecclesiæ in signũ subiectionis, vel fidelitatis decẽ annua? Dic q dicatur quasi seruitus, fm Bal. in l. 2. C. de ser. & hic adde Bar. in l. pe. C. de condi. inser. vbi quærit an sit seruitus, si concessi tibi facultatem coquendi panẽ in furno meo, & quid, si concessi q possis trãsire per põtem sine gabella, & quid de iure colligendi pedagiũ. Adde an ius colligendi pedagium facien di pontem, sit seruitus, bald. consi. 65. 1. lib.

§. Si prædium. Pro parte seruitus retinetur, licet ab initio pro parte non constituatur. h. d. & istum §. examinabo statim in l. pro parte. in fin. j. eod.

LEX IX.

1 *Seruitus est tota in toto, & tota in qualibet parte totius.*
2 *Diuisibilis quælibet res est, & in infinitas partes.*
3 *Verba debent ciuiliter intelligi.*
4 *Variatio non permittitur electione facta.*
5 *Dominus prædij seruientis potest petere quod via mutetur sine incõmodo prædij dominantis.*

a b Si cui. a Verba ctus debent ciuiliter b intelligi. & q semel locum elegit, variare nõ potest. h. d. Vel sic, ius seruitutis respicit fundum, & quãlibet partem eius. Idem in eius vsu ab initio: sed cum per certum locum cœperit vti, non poterit postea
1 variare. h. d. No. primo, † quod ius seruitutis respicit quamlibet partem fundi, & sic est tota in toto, & tota in qualibet parte totius. l. via constitui. j. tit. 2. sicut dñt Philosophi, & Theologi de
a anima hoĩs. Secũdo no. † q res quælibet est diuisibis. & in infinitas partes, & ibi, infinito videlicet, &c. & etiam Philosophi hoc
3 dicunt. Tertio † not. c quòd verba debent intelligi ciuiliter, facit
c j. ad exhiben. l. pe. Vlt. not. † quod postquam quis elegerit nõ li-
4 cet variare, concor. sunt in glos. ¶Oppo. j. de serui. rusti. præd. l. si via. Solu. vt ibi. ¶Oppo. j. tit. 1. l. si seruitus. glo. non soluit, ibi soluam. ¶Oppo. s. de vsu & hab. l diuus. §. licet. Solu. aliud in seruitute vsus, quæ respicit commoditatem personæ. Si igitur commoditas personæ variatur, ideo vsus potest variari. ¶Oppo. in-
5 fra, de relig. l. 2. §. pen. soluit glo. o; time, † quã tene mẽti, licet il-
d le, cui debetur seruitus, nõ possit mutare d viam tamen dominus prædij seruientis potest petere quod mutetur sine incommodo prædii dominantis, vt in contrario.

ADDITIONES.

a Paris. ¶Si cui. Pro limitatione hui⁹ l. vide Ro. sing. lxix. Et quis possit eligere in quo loco via cõstituat, an hæres vel legatarius, vide omnino Aret. in l. 2. §. ex his. de ver. oblig. p Bar. in l. si via j. de ser. rust. præd. & alios ibi. & in apost. Ale. aliq d, & de materia ista v de omnino Cep. in tract. serui. sub rubr qualiter qu's debeat vti seruitute, est in c. xxiij. & vide Ias. in l. quominus. in. vij. q. de flu. vbi ponit an habeat variare aquæductum.
b ¶Ciuiliter. Idẽ in verbis testi. l. cum antiquitas. & ibi Ba'. C. de vsufru. facit ista lex ad id, qđ dixit Bal. in rub. C. si cer. pe. in fi. q si dico, cedo tibi actionẽ ex vẽdito spãlẽ, q interpretat, i. iudicialẽ, q a spãlis nõ reperit. De interpretatione in cõtractib. vide in l. si tibi pecuniã & quod ibi dixi, si cert. pet.
c Barb. ¶Tertio no. Adde bonum tex. in l. 2 §. tractari. j. ad Tertul.
d ¶Nõ possit mutare. No. q licet ille, cui debetur seruitus, illã mutare ñ possit, tñ dñs prædij seruiẽs hoc facere pt, si fieri põt sine incõmodo prædij dominantis. & sic isto casu, licet alius pro seruitute possit nouum opus nunciare, maxime vrbana, vt plene no. Bar. post glo. in l. 1. §. fin. de oper. no. nunc. el agi possit confessoria, fallit in casu isto, vt no. Lud. in l. j § fin. in fin.

LEX X.

Si iter. Licet in prædio seruiente ædificare, vt commode quis possit vti seruitute. h. d.

LEX XI.

Pro parte. Seruitus non potest acquiri pro parte, & actus non perfectus vitiatur, si deuenitur ad eũ casũ à quo non potuit inchoari. h. d. ¶Oppo. s. eo. l. vt pomũ. §. j. vbi alienatio partis non extinguit seruitutem. Sol. ibi actus erat perfectus, & consummatus, quia seruitus erat iam constituta. Hic vero non erat actus perfectus, quia seruitus erat promissa tantum, non constituta. Ita sentit glo. hic, & Dy. in c. actus legitimi. extra, de reg. iu. lib. 6. & l. si sub vna. §. j. j. de ver. obl. ¶Sed tũc oppo. si dicis viam cstitutã, ergo via pro pte extinguit redimendo ptem pdij seruientis vel dominantis, cũ res propria nemini seruiat. l. 1. quemad ser. amit. Q d est c hãc l. i fi. Gl. dicit, fateor qđ via potest amitti, seu adimi tacitè. Hoc nõ puto verum, quia seruitus nullo mõ pt diuidi, cum sit indiuidua, vt l. 1. §. si vsusfructus, ad leg. Fal.
a Dicit ergo quod tota seruitus a retinetur ratione partis. Et si dicatur, res, quæ est propria, non pt seruire. Respon. res, q̃ est propria pro solido, non pt seruire: Sed res, in qua quis hẽt partẽ pro indiuiso, tota pt seruire, & pro toto retinetur seruitus, licet constitui non possit, dicto §. si prædium. & sic illud, quod ibi dicit, pro parte retinetur seruitus, hoc est occasione partis quæ est alterius, retinetur seruitus tota. Aliud enim est dicere, pro parte retinetur seruitus, quod significat totam seruitutem durare: aliud est dicere, pro parte seruitutis, & hoc nec vbi reperitur.

ADDITIO.

a Seruitus. Adde Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in 3. & 4. oppo. de verbo. obligatio.

LEX XII.

Non dubito. Fundo ciuitatis potest acquiri seruitus. hoc dicit.

LEX XIII.

Si tam angusti. In seruitutibus realibus si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere põt. h. d. materiam istam Cy. ponit in l. non codicillum. C. de test. ego posui plene in l. 1. §. si quis ita. infra, de verb. obli.

LEX XIIII.

1 *Seruitutes non censentur per se, sed accedunt rei corporali.*
2 *Incorporalis est seruitus, ergo non præscribitur.*
3 *Seruitutis gratia non habentis causam continuam, quæ quasi possidetur, dantur iudicia possessoria.*
4 *Seruitus, quæ non habet causam continuam, licet non acquiratur tempore, tamen sufficit, si allego titulũ, quem probo ex vsucapione longi temporis.*
5 *Præscriptioni seruitutis sufficit bona fides.*
Præscriptio rerum corporalium requirit titulum, & bonam fidem, in præscriptione incorporalium sufficit bona fides, & ratio.
6 *Seruitute in præscribenda requiritur scientia domini, contra quem præscribitur Scientia domini, contra quem præscribitur, non requiritur, sicut in præscriptione seruitutis.*

a b Seruitutes. a Incorporalia, q̃ nõ hñt cãm ctinuã, nõ vsucapiunt b. h. d. Vel sic, Incorporalia non habẽtia cãm ctinuã, non pñt pscribi. h. d. & subtilis est. ¶Nota, q ser-
1 uitutes sunt incorporales. ¶No. † qđ seruitutes non cẽsentur per se, sed accedunt rei corporali. & sic est q̃dam qualitas, vt dixi s. e.
c l. j. ¶Nota, q nihil impedit c corporalia accedere rei corporali. ¶Not. etiam q incorporalia nõ præscribuntur, & hoc in prima
2 parte. Pro huius declaratione quæro, † Vñ veniat ista consequentia, incorporalis est, ergo nõ pscribit? Respon. incorporalia non possidentur. l. seruus. §. incorporales j. de acqui. rer. domi. Sed sine possessione non procedit præscriptio, l. sine possessione. j. de vsuca. ergo bene sequitur, q incorporalia non præscribuntur. Sed contra, imò incorporalia possidentur, vt l. regulariter. s. de peti. hære. j. commu. præd. l. 1. Rñ. non possidentur propriè, sed quasi possidentur. ¶Opp. & vr, q seruitus præscribatur. l. si aliena. §. j. de vsuca. Solu. seruitus non pscribit, sed præscribit res cum omnibus qualitatibus suis, & sic seruitus, quã hẽbat. Venio ad secundam partem ibi, vel ideo, &c. dr hic, q seruitus, non hẽt cãm continuam. Contra, quia fm hoc non darentur iudicia possesso-
3 ria, quod est c totum titul. de iti. actuq́ue priua. Rñ. & dico, † q quasi possidentur, pp quod dantur possessoria iudicia, vt in criis, non aũt ctinuè, vt hic secundum glo. & bene. ¶Opp. C. eod. l. 2. Huius timore glo. distinguit hic plene, vt habes in ea, & eodem modo distinguit in l. 1. in fin. de aqua plu arcen. vbi ego examinaui plene. Dic vt ibi, & Docto. in d. l. 2. C. eodem. Dicitur hic in fin. & idem in prædiis vrbanis. Quæro, de quibus prædiis vrbanis intelligitur? Respondeo debes scire, quòd ædificia, seu prædia vrbana, non loco, sed genere distinguuntur, vt . . de verbo signi. l. vrbana familia. l. vrbana prædia. & l. fundi. Modo quædam sunt ædificia habitandi gratia, & illa dicuntur vrbana. & de his loquitur hic. Quædam sunt, quæ non sunt habitandi gratia, de quibus loquitur l. eo iure. §. stabula. infra in quibus cau. pig. taci. contra. & illa dicuntur rustica, & de his non loquitur iste finis. Dicit hic, vsucapiuntur: Contra, imò præscribuntur spatio decẽ, vel viginti anno. vel tẽpore, cuius ñ extat memoria, q̃ re male. Sol. olim nomẽ vsucapionis erat cõmune ad vsucapionẽ, & pscriptionẽ, vt patet in definitiõe infra, de vsuca. l. 3. & l. eũ, q ędes. Sed p Iustinianũ est attributa vsucapio reb. mobilib. pscriptio rebus immobilibus, vt C. de vsucap. trans. l. 1. Vltimo gloss. † hic

ADDITIONES.

a Paris. ¶Seruitutes. Quid in præscribenda iurisdictione, vide Ale. cons. 16. in v. vol. vide in mater a Fely. l. tc in c. quarta. de præscrip.
b ¶Non vsucapiũtur. Et an in cõstitutione seruitus videatur cõstituta obligatio personæ, vide quod no. Bal in l. 3. in prin. C. eod.
c ¶Nihil impedit. Qualiter aũt quis pscribat vsumfructũ, illũ acquirendo, vide l. fi. in fi. C. de pscr. longi temp. & Bal. in l. corruptionem. ad fin. de vsufru.

a hic in fi. dicit vnum, a quod licet seruitus non hēat cām ɔtinuā, & sic
b non possit acquiri tpe: tñ si allego titulum, b quem ego ꝓbo ex vsucapiōe lōgi tpis sufficit. Idē no. gl. in l. j. in fi. de aqua plu. ar. Doc. dñt ɔrium & hoc tenebat Iac. Bu. & Ray. de Forli. & Cy. refert ī l. si certis annis. C. de pac. Nō obstat l. cū đ in rem verso. ĵ. de vsu. qa ibi loquit̃ in faciente, hoc est, in soluente per annos decē, ɔ quē tac te ꝓsumit: qō verò nr̃a loqtur in patiēte, non āt in aliquid faciente. Ego sustineo glo. qa in patiēte idem iuris est in his, quæ non sunt magni ꝓiudicij, hoc est, in his in qb. nō vertitur amissio dominij. C. de peti. hære. l. si filius, de acqui. hær. l. qui in aliena. §. j. & ĵ. de pec. l. quam Tuberonis. §. sunt qdā. Hoc ꝓbatur in l. pe. cū sua gl. C. cōi diui. dixi in l. cum de ī rē verso. ĵ. đ vsur. Quæro quot
5 † sunt necessaria ad præscriptionem seruitutis? Azo hic dicit, & bñ, quod bona fides. ĵ. queād ser. amit. l. vlt. & de iti. actuq; pri. l. j. §. Iulianus. Sed titulus necessarius nō est, dicit gl. Sed q̃ est rō, quod in ꝑscriptione rerū corporaliū duo sunt necessaria. s. titulus, & bona fides. C. de ꝑscr. long. tēp. l. diutina. sed in ꝑscriptione rerū incorporaliū vnū sufficit. s. bona fides? Rñ. qa in ꝑscriptione rerū corporaliū ius acqrit̃ in re, & prior dñs desinit eē dñs: & iō plura reqrūt: sed in ꝑscriptione rerū incorporaliū dñs ñ tm̃ amittit, iō nō
6 debēt tot eē necessaria. ¶ Sed qro, † nūqd in ꝑscribēda seruitute reqrit̃ sciētia dñi fundi, ɔ quē ꝑscribit? Azo tenet quod sic. Pro eo vr̃ tex. C. e. l. 2. vbi gl. tāgit. Hug. ibidē ɔ, ꝑ l. sicut. ī fi. C. đ ꝑscr. xxx. anno. & C. đ ꝑscr. lōg. tēp. l. fi. Et ad l. sicut, q̃ Hug. ꝑ se inducit, subaudiebat maximè. Opi. Azo. vr̃ verior. Rōnē diuersitatis assignat īter præscriptionē rerū, & seruitutis, qa in præscriptione rei quis possidet ipsam rem, & iō de sciētia non curatur: sed quia in præscriptione seruitutis dñs possidet fundum, iō eius sciētia requiritur. Dicit Odof. verior rō dřiæ est, qa ꝑ scientiam, & patientiam aduersarij inducitur quasi possessio ꝑscribentis. l. pen. ĵ. eo. Si ergo dñs ignoraret, non procederet præscriptio, quasi possessione deficiente. & iō sis cautus semper facere articulum, quòd ille aduersarius vsus est sciente & patiente aduersario.

ADDITIONES.

a Paris. Dicit vnum. Vide Fel. in c. de quarta. de præscr. vbi dicit istam esse cōmunem sententiam. refert tamen contrarias opin. in hoc esse. & postea distinguendo pulchre concordat, vide etiam quæ scripsi in l. si certis annis. C. de pactis. vide ēt Com. consil. 158. ad fi. vbi vult ex possessione lōgi tēp. ꝓsumi titulū si allegeť, & ꝓbetur quod vtēs vsus est vigore illius tituli, vide ibi, & pōdera, & fuit sn̄ia Bar. i. l. cū de i rē verso. ver. qro rusticus. ĵ. de vsur. & vult ēt Fel. ī d. c. đ quarta. vide oīno Cep. in cautelis suis, in cautela inci. in ꝑscribēda seruitute. Ale. in d. l. si certis annis. ad fin. q̃ tamen limita vt ꝑ Fel. in c. causam. extra, de ꝑscr. vide aliqua quæ habes ad Bar. in d. l. si certis annis.
b ¶ Allego titulum. Licet solo tempore non prescribatur seruitus discōtinua tñ est cautela, quod allegeť titul⁹, q̃ ꝓsumeť postea ex lōgitudine tpis, qđ no. & adde quæ no. in l. cū de in rē verso. & in l. j. in fi. de aqua plu. arcē. & quod habetur in § æque. Insti. de act. Not. tamē, qa dicit Bald. no. in l. item lapilli. in 3. q. s̃. de re. diui. quod præscriptio istarum seruitutum videtur posse infringi tempore necessitatis, arg. l. fi. C. eo. adde Abba. consi. 6. 2. lib.

§. Seruitus. Seruitus ad sepulchrum est priuilegiati iuris & de ea potest disponi, vt de seruitute priuati h. d. ¶ Opp. quod seruit⁹ ꝑdialis nō ꝑt cōstitui, nisi inter dominos prędiorum. l. j commu. præd. Sol. dicit gl. licet sepulchrum in nullius bonis sit, tamen ius sepeliendi est priuatum. Et ideo ille, qui hēt istud ius, potest de seruitute disponere. Istud placet mihi satis, sed de vno dubito, ista seruitus accedit ipsi prædio, vt s̃. proxi. nō iure prædij, Cum ergo sepulchrum sit nullius, ergo seruitus, quæ est qualitas eius, est nullius. Respondeo, & dico, quod est possibile, quòd vnius sit res, & alterius sit qualitas, vt hic, sicut vides in superficie saltem vtiliter.

§. Publico. Locus medius impediens commodum ex vno loco peruenire ad alium, impedit seruitutem constitui. h. d.

LEX XV.

a Quoties. a Non potest imponi seruitus de eo quod fundi vtilitatem non respicit. h. d. Opp. de l. si fundo. ĵ. eo. Sol. ibi non interest, sed interesse poterat. h. d.

ADDITIO.

a ¶ Quoties. Et facit no. per Bal. in l. fi. in fi. C. de pac. inter emptor. & vēditor.

§. Seruitutem. Qui debet seruitutem cogitur pati, non agere. h. d. Istam mām vtrū ille, qui dēt seruitutem, teneatur aliquid agere, tangam in l. sicuti. §. j. & 2. si serui. vendi.

LEX XVI.

Ei qui. Creditori & emphyteutæ ɔpetit vtilis actio pro seruitute h. d. ¶ Oppo. s̃. si vsusfru. pe. l. vti frui. §. vtrum. Sol. dicit gl. aliud in fructuario, quam in creditore. Rō, quia serui tus seruitutis esse non potest. Vel dicit gl. ratio, quia creditor potest vendicare rem seu fundum, vt hic, ergo & seruitutem, quæ est eius eccessio. Fructuarius autem non potest vendicare, nisi ius suum scilicet vsumfructum, seu ius esse sibi vtēdi fruendi. l. vti frui. si vsusfruc. pet. cui iuri non accedit seruitus. l. 1. de vsufru. lega.

LEX XVII.

Viæ, itineris. Seruitutes sunt īdiuiduę, & trāseunt in hęredes insolidū actiue & passiue, h. d. Qualiter seruitutes dicantur indiuiduæ, dixi plene in l. stipulationes non diuiduntur. ĵ. de verb. oblig. qualiter transeant in hæredes insolidum. dixi plene in l. 2. § ex his. ĵ. de verb. oblig.

LEX XVIII.

1 *Si legatur res hæredis, an dominium transeat recta via in legatarium.*

a Papinianus. a Seruitus ɔfusa aditione dēt per legatarium restaurari. h. d. Opp. qđ non confundatur quia fundus recta via trāsit in legatariū. l. à Titio. ĵ. de fur. Solu. glo. duob⁹ modis. Primo, quia fundus fuit legatus sub ɔdōne, &
b ista bona: vel quia fuit legatus fundus hr̃dis, & purè. Nota istā b secundam sol. quæ tenet, † quod si testator legat rē hr̃dis, nō trāsi
1 dominium in legatariū recta via. Cōtrariū notatur in l. 2. C. com mu. de leg. Habetis plures alias gl. concor. dixi plene in l. si hæredis seruus. versi. no. secūdū. ĵ. de leg. j. ¶ Opp. gl. de l. cum filius. §. dñs. ĵ. de le. 2. Sol. aliud ī vsufructu, & aliud ī cęteris seruitutibus.

ADDITIONES.

a ¶ Papinianus. Vide Io. in l. huiusmodi. §. si ædes. de leg. j.
b Barb. ¶ No. istam. No. modum articulandi, vt quis aduersario sciente vsus est seruitute vide Bar. s̃. eo. l. seruitutes, ad fin.

LEX XIX.

Ei fundo. Potest imponi seruitus de eo, quod non interest tunc, sed speratur interesse in futurum. h. d. Oppo. de l. quoties. s̃. eo. sol. vt ibi.

LEX XX.

1 *Patientia in incorporalibus habetur pro traditione.*
2 *Incorporales res non possunt præscribi aduersario ignorante.*
3 *Præscriptione in seruitutis probanda, articulandum est, quòd ea vsus est, sciēte & patiente aduersario.*

1 Quoties. Qui debet seruitutem, dēt pati aduersarium vti, qđ pro tradōne hr̃. h. d. ¶ No. quod † patientia hr̃ ꝑ traditione. Et ex hoc apparet, quod quis nō ꝑt eē ī possessione alicuius iuris incorporalis, nisi aduersario sciente, & patiente, quoniā ipsa patientia aduersarij est quasi possessio. Et ex hoc apparet, quod
2 † licet res corporales possint præscribi aduersario ignorante. l. fi. in fin. C. de præscri. longi tempo. tamē res incorporales non, l. 2.
3 C. eo. † Vnde sp sis memor facere articulū, quod ille est vsus eo iure aduersario sciente & patiente. ¶ Quærit glos. quæ sunt ista interdicta possessoria? Dic vt in glos.

LEX XXI.

a Si intercedat. a Dicit idem, quod l. seruitutes. §. publico. s̃. eod. & c.

ADDITIO.

a Barb. ¶ Si intercedat. Ex isto text no. s̄m Bal. quod non est permissum facere pōte in loco publico, debet n. esse liber vsq; ad cælū. Alex. Vid Bar. & quod ibi dixi de aqua plu. arcen. l. apud Trebatium. §. 1. per dicta in l. j. §. fi. de ope. no. nun.

§. Si vsusfructus. Actio pro seruitute debet intentari contra dominum proprietatis, non contra vsufructuarium. h. d.

De seruitu. vrba. prædio. Rub.

LEX PRIMA.

a Vrbanorum. Hic Iurisconsultus enumerat seruitutes vrbanorum prædiorum. ¶ Oppo. quod istud ius altius tollendi, est libertas non seruitus Nam solum est liberum vsque ad cælum, vt s̃. tit. j. l. fi. & C. eo. l. altius. Sol. a glo. ponit multa, tamē in fin. ibi, vel tertio, tangit veritatē. Declara sic, seruitus altius nō tollendi sine dubio est seruitus. s. quæ debetur ab illa domo, quæ debet altius tolli, alteri domui. Forte enim interest eius, quod altius tollatur ꝑꝑ vētū vł ꝑꝑ aspectū, ne forte transeūtes per viam possint aspicere: si forte via erat alta, domus erat depressa. Vel forte interest vt eleuetur altius, vt habeatur lumen ex reuerberatione potius quam per directum. l. si arborem. §. interdum. ĵ. eo. Modo de stillicidio non auertendo. gloss. ponit exemplum clarum.

ADDITIO.

a ¶ Sol. gl. Et hic not. aliquas esse seruitutes innominatas, alleg. Bal. in rub. de vsufr. & ponit glo. in l. j ĵ. tit. 1.

LEX III.

Luminum. Hic ponit dřiam inter seruitutē luminum, & ne luminibus officiatur. ¶ Quæro dřiam inter has seruitutes. Glos. dicit, quod seruitus ne luminibus officiať, habet se in plus. quia nō ꝑt altius eleuare: sed seruitus luminum habet se in minus, vt lumen quocūque mō ad nos veniat. Quidā alij dñt totum ecōuerso, vt plus sit ꝑmittere seruitutem luminū. Nā q hoc ꝑmittit, nō solū nō ꝑt altius eleuare, sed opus est qđ illud, quod est factū, destruat, vt nobis lumen sit: sed in seruitutibus

hc lu

ne luminib. officiatur, sufficit quòd altius non eleuet. & hoc vult dicere hæc gl. communiter tamen seruatur opi. gl. &c.

LEX IIII.

Inuitum. Qui non consentit, videtur ꝯdicere. h. d. ¶Not. ꝙ qui nō cōsentit, dissentit. De hoc in l. filius. §. inuitus. de ꝓc. Quæro, quid est hoc dictum, nō ad factū, sed ad ius, &c? gl. exponit. Tu dic al'r, ꝙ hæc verba, īuitis nobis, nō referuntur ad factū, hoc est, qđ requirat vera cōtradictio facti; sed ad ius seruitutis, hoc est, vrbanorū prædiorū, sufficit qđ ius seruitutis sit cōtrariū illi operi, qđ fit, ipsum enim ius contradicere videtur. h. d.

LEX V.

1 *Bona fides præscribentis, licèt non requiratur in præscriptione libertatis seruitutum rusticorum prædiorum, tamen requiritur in seruitutibus vrbanis.*
2 *Regula, possessor malæ fidei, non habet locum in præscriptione. xxx. anno.*
3 *Seruitutes vrbanæ difficilius præscribuntur, quàm rusticæ. & quare.*

a Hæc autem. a Libertas seruitutis vrbanæ non præscribitur, si dominus prædij dominantis solummodo non vtatur, sed reqritur factū ꝑscribentis. s. ꝙ domus altius
b eleuet, vel foramina obturent. h. d. ¶Not. istā dist. b q̄ dixi in sum-
1 mario, ex qua † colligitur, quòd licet in præscriptione libertatis seruitutum rusticorū prædiorū nō requirat bona fides præscribētis. l. seqtur. §. si quis via. ꝟ. de vsuc. tamen in seruitutib. vrbanorum præd. requiritur. Ita dicit gl. super verbo, credidit. in l. fin. ꝟ. quēad. serui. amit. & Doc. C. eo. l. 2. Ratio, qa in hac præscriptione requiritur factū præscribentis, ideo debet bona fide fieri: in illa nullum factum præscribentis requiritur, sed sufficit sola negligentia non
2 vtētis. Et ex hoc ego dico, † quòd Decretales, scilicet c. fi. de præscrip. in antiquis, & c. possessor. de re. iur. lib. vj. q̄ dicunt, ꝙ possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, non habent locum in ꝑscriptione xxx. ann. quæ currit ꝯ actionem: illa enim præscriptio currit ex negligentia non petentis, absq; aliquo facto præscribentis: Decretales enim illę loquuntur, qñ factū ꝑscribentis reqritur. dicūt enim, possessor bonę fidei. ¶Not. qđ dicit possessor, & sic fa-
3 ctum præscribentis requirit. ¶† Quærit gl. q̄ est ratio differentiæ inter seruitutes rusticas, & vrbanas: Glo. ponit, & vide. dicit enim glo. quòd in vsu seruitutis vrbanæ, sumptus reqritur, & procedit: qđ in rustica secus, & ideo difficilius contra primam pręscribitur. Hæc gl. est additio noua, quæ incipit, ratio diuersitatis, &c. Ista ratio gl. non videtur vera, qa etiā in vsu seruitutis rusticę requiritur quandoq; sumptus. l. si iter. s. titu. j. & specialiter in seruitute aquę ductus. Vnde alij dñt, vt Odofr. ꝙ in seruitutibus vrbanis est hoc plus, qa habemus possessionem continuam aīo, & corpore, & iō difficilius perditur, arg. s. tit. j. l. seruitutes. in prin. secus in seruitutibus rusticis. Nec hoc placet, qa nulla seruitus quasi possidetur animo: si eñ hoc esset verū, omnis quasi possessio seruitutis haberet causam cōtinuā. Cuius ꝯrium vidistis in l. seruitutes. s. tit. j. & videbitis in l. foramē. ꝟ. eod. Vnde Marti. Sili. dicebat hoc ideo quia seruitutes vrbanæ sunt nobiliores, & interest magis Reipublicæ quòd seruentur, ideo difficilius præscribuntur. Certe ratio non est multum vrgens, sed meliorem adhuc non video. ¶Quærit gl. quid si sunt plura foramina, & quædam obturauit, & quædā non: Dic vt in gl. quam vide, & nota.

ADDITIONES.

a ¶Hæc autem. Vide quod not. bal. & Ang. in l. 2. ad fi. C. de præsc. xxx. anno.
b Pom. ¶Distinctionem. Vide Alex. consi. 136. 2. vol. Fely. c. illud. de præscrip.

LEX VI.

Quod autem. Licet arbor altius extollatur, nō pręscribitur libertas cōtra seruitutē altius non tollendi. h. d. ¶Op. de l. ędificia. ꝟ. eo. Sol. hic loquitur, quando seruitus erat altius non tollendi, quo casu ponendo arborem, nil fit contra illam seruitutem: ibi fuit constituta seruitus, ne prospectui officiatur, quo casu fit contra talem seruitutem.

LEX VII.

Parietem. Vnus ex socijs nō potest cōem parietē destruere causa respiciendi. h. d. Hanc materiam habes ꝟ. de dam. infe. l. in parietis. & l. nam si non sit idoneus.

LEX VIII.

a Cum eo. a Potest quis obscurare domum vicini, si seruitus constituta non fuerit. h. d. ¶Glo. oppo. duob. modis, dic vt in ea.

ADDITIO.

a Pom. ¶Cum eo. Ad istum tex. vltra Pau. de Cast. hic vide Cæp. in trac. de ser. vrb. præd. in tit. de sol. Anch. consi. 39. vbi limitat decem modis istum text. & vide Ale. consi. 316. inci. opportune consideratis.

LEX IX.

1 *Hæres an debeat legatario domus præstare accessum per alias ædes.*
2 *Clausula, cum accessibus & egressibus suis vsq; in viā publicā, quid operetur.*

Binas. Primò ponit quatuor quæst. Scdò respōdet ad primā. Tertiò responsionem extendit ad extraneam quæsti. Quartò ratiocinat circa ꝑntem māṁ, ex quo colligitur sol. quartæ qst. Quintò rñsionē factam ad primam limitat, & declarat. Secūda ibi, Marcellus rñdit. Tertia ibi, idē dicēdū. Quarta ibi, nō autē. Quinta ibi, sed ita. & breuiter hoc intēdit, Heres nō pōt in domo, q̄ sibi remanet, edificare, ita ꝙ vsus ædiū legatarū totaliter perimat, sec⁹ si aliqualiter incōmodet. h. d. Iurisc̄ōsultus, vt videtis format quatuor q. & rñdet tñ ad duas. s. ad primā, & ad quartam. Reassumam⁹ ꝑ ordinē. Prima q. est, si heres alti⁹ edificādo obscurat lumina ędiū legatarū, vtrū legatarius possit cū illo agere? Et Iurisc̄ō. rñdet, ꝙ ꝑt obscurare, nō tñ in totū. Si enim in totū obscuraret, posset cū illo agi. Sed q̄ro, qua actione? Vr, ꝙ actiōe ex testō, nō ꝯfessoria, vl' negatoria. Nō enim seruitus est ꝯstituta ipso iure, licèt hr̄s teneatur ad cōstituēdū. Text. est in l. seruum filij. §. fin. ꝟ. de leg. j. Rō, qa hæc seruitus non fuit legata expressè; tūc enim ipso iure competeret, sicuti ipso iure trāsit dominium rei legatæ. l. si partem. §. j. ꝟ. quēad. ser. amit. sed vr legata tacitè, & rei tacitè legatæ non transit dñiū ipso iure ī legatariū. l. emptor. §. ancilla. s. de rei ven. ita non trāsit ius seruitutis ipso iure. Ita etiā sentit Iac. de Are. in d. l. seruum filij. in fi. Secūda q. est, qđ si ædes proprias altius tolleret hr̄s, vtrū possit? Iuriscon. non rñdet ad istā gl. rñdet ꝙ hoc potest indistinctè. Probatur s. l. proxi. & C. eo. l. altius. facit ꝟ.
1 tit. j. l. fin. Tertia q. fuit, † an per alias ædes debeat hæres prestare accessum? Ad istam non respondet Iuriscon. Gl. respōdet: ꝙ non tenet dare. Probat per l. via. §. fin. ꝟ. tit. j. de contrah. emp. l. in vendendo, alibi. s. in l. 3. §. si loci. ꝟ. de adimen. lega. gl. dubitat. Hic puto quòd hæc determinatio non sit vera. Primò per rationem huius legis hæres non potest obscurare lumina in totū, vt in fin. l. ergo eadem ratione non potest prohibere accessum, quia per hoc nullus fructus est ædiū, vt hic dicitur in text. propterea habeo leges, quæ expressè dicunt ꝙ legatarius debet præstare aditum hr̄di, si sibi expedit. l. si fundum sub conditione. §. qui fundum. ꝟ. de le. 1. & ꝟ. si ser. ven. l. testatrix. in prin. facit ꝟ. eo. l. fin. Non obstat ꝟ. tit. 1. l. via. in fin. & l. in vendendo. qa ibi res erāt translatæ ad aliū per contractum inter viuos. s. diuidendo, vel vendendo: hic in vltimis voluntatibus, vbi latior fit interpretatio. Sis ergo cautus
2 † quando fiunt venditiones, vel diuisiones, vt fiat specialis men-
a tio de istis itinerib. & sic apponitur hodie in instrumentis. a cum
b accessibus b & egressibus suis, vsque ad viam publicam. Prædicta vera in his seruitutibus de quibus hic loquitur. Sed si esset seruitus tigni immitendi, vel oneris ferendi, & similia, tunc eo ipso ꝙ res sic venditur, vel legatur, videtur transferri cum ipso onere. l. si domus. in fin. ꝟ. de lega. j. & l. quòd conclaue. ꝟ. de dam. infe. & de ser. leg. l. 1. ibi plenè dixi in materia ista.

ADDITIONES.

a In instrumentis. Quare dicatur in instrumentis, cum accessibus & egressib. suis, bene facit ꝙ no. Bar. post glo. in l. rei appellatione. de verb. signifi. & dicit Bal. l. ex conuentione. in fi. per illum text. C. de pact. ꝙ si detur fundus in dotem, nō tenetur dare mulier fundum liberum à seruitutibus. Dic vt ibi & adde istis l. 3. C. de seruit. & qđ ibi Bal. in prin. sed tex. & ibi Bal. in l. qm̄. C. de compen. vult ꝙ venditor teneatur dare fundū liberū à seruitutibus, & à creditoribus, & qđ ibi dixi. sed quæro, si vendo prædia cum omnib. iuribus, an intelligatur venditū ius colligendi passagiū, & merum imperium, quod ibi habeo? vide Bal. in l. à procuratore. C. man. & ꝙ ibi dixi, adde pulchrè Rom. consi. 271.
b Paris. Cum accessibus. Vide Are. in tract. seruitutum vrb. in consil. 38. in rub. de serui.

LEX X.

Qui luminibus. Non potest quis ædificare ꝯ formam statutam, ne luminibus vicini officiatur. h. d. ¶Quæro quæ sit ista forma? Dicit gl. vel statutum ciuitatis vel seruitus constituta, vel seruitus præscripta. Circa hoc, ꝙ dicitur de seruitute præscripta, quæritur si domus mea stetit depressa, domus tua alta per multum tempus, vtrum præscripsisti seruitutē
a altius non tollendi. a Glo. ꝙ non, in fi. nisi me volentem ædificare prohibueris. & tunc per longum tempus si steterit, vt hic, & idem no. in l. 1. C. eo. probatur in l. & si forte. §. 1. si ser. vend. & not. per Dyn. in l. si prius. de no. oper. nun. & ibi in vers. restat vt videamus & vide Spec. de cā possess. §. nunc dicendum. aliàs, in confessoria versic. sed pone.

ADDITIO.

a Poma. ¶Non tollendi. Circa hoc vide Barb. consi. 31. 1. vol.

§. Si inter te. Si dubium est de mensura, recurritur ad arbitrium.

LEX XI.

Aedificia. Plantatio arborum non est contra seruitutem altius non tollendi, sed est contra seruitutem, ne officiatur prospectui. h. d. Si autem esset seruitus, ne luminibus officiatur, dic vt in l. si arborem. ꝟ. eod.

LEX XII.

1 *Ignem & caminum quod liceat facere in pariete communi.*
2 *Parietem supra communem quis non potest habere propriam partem.*
3 *Dictio, ad, significat propinquitatem per duos pedes, vel vnum.*

Quidam

a Quidam Hiberus. [a] Nō licet supra, aut iuxta parietem cōem aliqd facere, ꝑꝑ qđ
1 deterioret paries.h.d.¶†No.ꝙ non licet facere ignē iuxta parietem cōem,& per ꝯñs non licet facere caminum in pariete cōi, ex parte tua. Intellige, ita ꝙ si ignis qui ibi fieret, adhæreret parieti cōi. Sed si fieret ibi solū tuba camini, ita ꝙ fumus ascenderet, ne ignis appropinquaret, tunc non puto esse prohibitū.l.fistulam.in
2 prin.ĵ.eo. †Scdō not.ꝙ supra parietē cōē non pōt qs habere parietē propriū, vt hic not.in ver.suū. Si quis.n.supra cōem parietē vellet ædificare, ita ꝙ esset cōis paries, hoc liceret, fm not.in l.in
3 parietis. de dam.infe.& l.inter quos.in prin.e.tit.¶†Tertiò not.[b]
b gl.quæ dicit,ꝙ dictio, ad[c] significat propinquitatē ꝑ duos pedes,
c vel vnum,& sic facit ad q.de statuto qđ dicit, si quis fecerit insultum ad domum,& de hoc dixi ĵ.de iniu.l.item apud Labeonem,
d §.conuicium. vbi hoc tangit Iac.de Are.¶Vlt.not.[d] istam moralitatem quam docuit Iurisc.ibi, volo vt cum Hibero loquaris.h.d.

ADDITIONES.

a Clau.¶Hiberus. In textu ibi, cum Hibero loquaris: quid operetur ista interpellatio extra iudicium, vide per Aret.hic, post Panor.in c.2.de accusat.
b ¶Not.glo.Vide Alex.consi.120.2.volu.
c ¶Quod dictio,ad.Not.quid significet ad vel iuxta.adde tex.& ibi Bar.in l. decernimus.in fi.C de aquædu.lib.11.& Bar.in l.meminisse.de of.procon.in prin.& de dictione,iuxta,vide qđ dr,& no.in l.j.& ibi Bal.C.de epis.& cler. & de dictione,ad,vide Bal.& quæ ibi dixi in l.obseruare. de of.procon.tex. & ibi gl.& Bar.in l.militis codicil. in prin.de test.mil.limitaui sing. in l.cætera.§.hoc senatusc.post Imo.de leg.j.adde de istis dictionib.infrà,intra,iuxta,vsque,ante,vbi,tanquam,quasi,ferè,& aliis dictionibus,Old.consi.48.& ad hanc l.vide Bal.consi.215.j.lib.Et quod dictio,ad,significet propinquitatem,adde Alex.in consi.154.in 5.volu.
d ¶Vltimò no.Et ad hoc vide Bal.no.in l.nō ignoret.C.de fru.& lit.expē.ver. modo quæro.adde l.debitores.& qđ ibi Bal.C. de pig.Vide Ro.sing.cccxcj. & seq.Bar.consi.v.in ij.vol.Abb.in c.nouit.in fi.de iud.Are.c.ij.de accusa.& circa istam interpretationē vide Ro.sing.xlij.inci.alio sero, & ēt no. in fin. seq.vbi concludit, ꝙ in dubio presumat talis interpellatio ꝑcessisse.de quo ad Bar.in l.sciendū.de ver.obl.& ibi vide ēt nouissimos in lect.& de ista monitione,& de eius effectu propter expensas,vide Fel.in c.ij.prope fi.extra de accusa.& in c.nouit.in fin.de iu.vbi etiā aliquid de dicto Ro.præallegati.& de ea vide Ias.in l.certi condi.in prin.ĵ.si cer.pe.vide Dec.in d.c.nouit.ad fi.

§.Parietem. Parietem communem licèt incrustare, & pingere, nō tamen ex hoc tempore demolitionis plus æstimabitur.h.d. Et gl.ponit hic distinctionem, qualiter cautio de dam.infect.habet locum in pariete communi, quod plenè examino in l.inter quos.ĵ.de dam.infect. Dic vt ibi.

LEX XIII.

Imperatores. Quis pōt in suo liberè ædificare, si seruitus non impediat,& lege seruetur.h.d.

LEX XIIII.

1 *Seruitutibus in realibus potest nunciari nouum opus.*

Inter seruitutes. Ponit differētiam inter seruitutes, ne prospectui officiatur,& ne luminibus officiatur.Et glo.legit duob.modis; vno modo ne officiatur prospectui simpliciter, & ista mihi plus placet.h.d.¶Op.ꝙ pro seruitutibus non possit nunciari nouum opus, siue sit seruitus personalis.l.1.de no.ope.nun.siue sit seruitus realis.l.qui viam. eod.tit. Glo.se inuoluit sic vbique: circa seruitutem personalem gl.bñ di
1 cit.†Circa seruitutem realem dic, ꝙ potest indistinctè nunciari, vt hic.Non obstat l. q viā.qa ibi loquitur in reficiente secundum formam antiquam, hic in faciente de nouo, vt ibi dixi.

LEX XV.

Lumen. Quæro,quæ est differenia inter lumen,& prospectum? veritas est quòd habent se vt excedentia & excessa.Si enim debeatur prospectus absque determinatiōe certi loci,tunc habet se in plus,quàm lumen,vt s̄.l.prox.si prospectus, debetur respectu loci,tunc posset haberi,prospectus,licet lumen non habeatur,vel econuerso,vt patet ad sensum.

LEX XVI.

Si arborem. Arbor quæ impedit videri cœlum, ꝯ seruitutē luminis habetur: secus si impediat venire Solem, nisi multū impediebat: depressio autem ædificii,vel arboris,regulariter non est contrà seruitutem luminum.h.d.

§.Hæc lex. Pactio obscura interpretatur contra proferentem. hoc dicit. Concor.s̄.de pac.l. veteribus. ¶Opp.gl.infra,de contrah.empt.l.in vendēdo.& de euic.l. qui libertatis.dic vt in glo.

LEX XVII.

Si fistulæ. Damnum, quod datur ex fistulis, venit in actionem in factum, & in cautionem damni infecti. h.d.Et legitur ista lex duob.modis.Primò,qđ fistulæ essent applicatæ ædibus meis iure seruitutis, & hoc prosequitur j.gl.magna. Secundò,ꝙ nulla seruitus debeatur;& hoc prosequitur glos.vlt. Ad primam lec.oppo.gl.& vr̄ quod pro eodē non cōpetat actio l.Aqui.& cautio damni infe.l. fluminum.§. præterea. de dam.infe.gl.dicit,fateor contrarium, & hæc lex diuersis casibus loquit̄, scilicet quod habet locum cautio damni infect.quando non habet locum actio in factum.Potes dicere quòd cautio dam.infe.licet extraordinaria,cōcurrat cum actione in factum subsidiaria legis Aquil.vt hic, licèt non concurrat cum actione l.Aquil.ordinaria. facit quod no.in l. quemadmodum.§. municipalis magistratus.ĵ.ad leg.Aqui.& C.ad l.Aquil.l.de peccoribus. ¶Opp.vitium naturale non præstatur ab eo,cui seruitus debetur,vt l.si mihi.§.seruitus.ĵ.titu.j.Sol.vt in glo.& prædicta secundum primam lec.secundum aliam fistulæ non erant hic iure seruitutis, vt dicit gl.vltima hic.

LEX XVIII.

1 *Aquariolum non licet facere in communi pariete.*
2 *Pariete in communi non licet appropinquare illud, quod pariete sublato per se non staret.*

Fistulam. Ista est no.lex,& quotidiana, & br̄ hoc intendit. In pariete communi non licet aliquid facere,vel ei aliqd adhibere,per quod paries corrūpatur, & quod subducto pariete stare non posset.h.d.tota lex.& est magis notabilis, q̄ nos
1 habemus in pariete ꝯmuni.¶†Nota istam legem,ꝙ in parietibus ꝯmunibus non licet vni sociorū habere fistulas,per quas vadat a-
2 qua,& sic nō licèt aquariolū facere,& similia.†Scdō no,qđ parieti ꝯmuni non possum appropinquare illud, quod pariete sublato per se non staret,vel quod parietis refectionem impediret.

LEX XIX.

Seruitutes. In seruitutibus tigni,vel stillicidij immittendi, immissione facta dicitur quis habere ꝯtinuam possessionem.h.d.

§.Si domo. Licet alicui facere id, sine quo seruitute vti non potest.h.d.

a §.Si sublatum. Quantum ad iura seruitutum realium, ædificium destructum & restitutum [a] idem videtur:secus quo ad personales seruitutes.h.d. Facit ad qō-
b nem [b] vtrum ecclesia destructa,& postea refecta, durent priuilegia indulgentiarum.Sed quæ est ratio in seruitutib.realibus,& personalibus.Dic vt in glo.

ADDITIONES.

a Paris. Et restitutum. Intellige quando in eodem solo. vide Pau.de Castr. in l.3.s̄.de ser.vide tex.Sal.Ful.& Bal.in l.Paulus.§.domus.de ser.quē Bar.al le.in l.inter stipulantē.§.sacram.pro concordia ad istū text.ad probandum suam doctr.quā ibi dat,& hic sequitur.Itē adde quod sicut durat seruitus, ita pactū personale, vt est tex.in l.fin.ĵ.de pign.& ad id quod dictum est s̄. quando est in eodem solo, vide quæ dicit Bal.in l.si plures.versi.vide dubitationem.C.de condi.insert.de pedagio pontis destructi,& refecti.In contrariū vide omnino Alb.de Rosa.in l.si vsusfructus ciuitatis,s̄.quibus mod. vsusfru.amit.in alio solo ibi contiguo reædificatum est.
b ¶Facit ad quæstionem. De hac quæstione vide late Bart.in l.inter stipulātē. §.sacram.de ver.obl.Bar & glo.in l.damni.§.is qui vicinas.de dam.infe.adde vt per Bal.consil.358.lib.j.

§.Si antea. Dominus domus dominantis, non potest facere id, per quod conditio seruientis fiat deterior,sed melior.h.d.

§.Qui in area. Dominus domus,seu prædij debētis recipere stillicidium,potest ibi ædificare, dū modo stillicidium,seu seruitutem debitam non impediat.h.d.

LEX XX.

a Si domus. Quando vni competunt plura iura, vno sublato,aliud illæsum remanet.[a] h.d. Vel sic.Qñ vni competunt plura iura,si vnū remittit,aliud remittere non dicitur. h.d.¶Not. istum casum:secus ecōuerso, si remitteretur seruitus stillicidij recipiendi.dicit glo.

ADDITIO.

a Illæsum remanet.No.& adde l.hæres.de condi.& demon. videtur tamen limitandum,nisi vnum ius necessario depēderet ab altero, l.quæro.§.Lucius. de testa.tute.

LEX XXI.

1 *Indefinita æquipollet vniuersali ex interpretatione,nō ex significatiōe propria.*
2 *Indefinita in statutis æquipollet vniuersali,quia non est ratio,quare magis intelligatur de vno particulari,quàm de alio.*

Qui ædificium. Seruitus ne luminibus officiatur, porrigitur ad lumina præsentia, vel ad futura, si est actum, & in dubio indefinita locutio æquipollet vniuersali. hoc dicit. ¶Not.quòd indefinita æquipollet vniuersali. de quo per Dyn. extra de regulis iuris. super rubric.libro vj. &
1 per alios Docto. in l.si pluribus.infra,de lega.2. ¶†Not.quòd indefinita æquipollet vniuersali ex interpretatione, non ex significatione propria, vt l.proxim.sequen.ibi, humanius &c. quoniā text. dicit, ex humanitate, hoc est, non ex propria significatione:licèt tamen indefinita æquipollet vniuersali ex interpretatio-
2 ne,tamen in statutis †vniuersali æquipollet,per illam rationem, quia non est ratio, quare magis intelligatur de vno particulari, quàm de alio,vt l. 1.de liber.præter.De quo dixi in l.omnes populi,supra.de iust.& iure.

LEX XXII.

a **Si ſeruitus a impoſita.**

ADDITIO.

a Si ſeruitus. De intellectu huius l. vide Bar. ĩ pulchra q. ĩ l. ſi ſtipulatus fuerim
§. j. de ver. obl. Et ad hanc l. de indefinita ſeruitute, vide bal. in l. non modus,
C. de ſerui. & ibi vide duas no. quæſtiones per ipſum. Aliæ ponuntur ꝑ Bar.
in l. damni. §. ſi is qui vicinas. de dam. infe. & ad iſtam l. cum ſeq. vide no. di-
ſtin. bar. in l. fi. C. quæ res pig. obli. poſſ. gl. & bal. in l. emptorem. C. loca. facit
ad no. q. Dy. & Bar. in l. ſi mihi & tibi. §. fin. de leg. j. & ad q. de qua per Io.
An. in reg. qui ſentit. in mercur. & ad qõnẽ Bal. auth. excipitur. C. de bo. quæ
libe. vbi per hanc l. dicit, ꝙ ſi pater dicit, dono filio fructus aduentiorum, i-
telligitur, ſingulis annis, & ad hanc l. ſi ſeruitus. vide omnino Sal. in d. l. non
modus. maximè in fi. C. de ſer.

a **§. Futuro.** a Aedificio futuro põt ſeruitus imponi & acqui
ri. h. d. Facit ad qõnem, vtrum quis poſſit inſti-
tuere hæredem, eccleſiam conſtruendam? vr̃ ꝙ non, vt c. Abbate
ſanè. §. nec pro eo. in fin. extrà, de re iudi. lib. 6. vbi dicitur ꝙ mona
ſterio nondum conſtructo non poteſt donari. In contrarium vi-
detur tex. hic, & l. ſeruos. j̃. de ali. & ciba. leg. & ibi etiam dixi.

ADDITIO.

a Pariſ. ¶ Futuro. Intellige tamen ꝙ non ſit ſeruitus ipſa conſtituta ſtatim, ſed
oritur obligatio perſonalis ad eam cõſtituendã, cùm erit ædificatum, vt eſt
gl. ordinaria in c. ad diſſoluendum. in glo. 3. in fin. de deſpon. impube. bart.
hic in fin. Are. conſi. 70. & hic in apoſtil. Qualiter intelligatur §. futuro. cum
ſimil. vide gl. no. in c. ad diſſoluendum. de deſpon. impu.

LEX XXIIII.

Hoc quod dictum. Seruitus tigni immittendi, nõ
poteſt deberi ei, qui nõ hẽt ædi
ficiũ. h. d. Hoc qđ dicit, ꝙ non põt deberi, intellige iure ſeruitutis,
ſed ex iure cuiuſdã pacti, ſeu ꝯuentionis ſic. l. vt pomũ. ĩ prin. s̃. ti. j.

§. Si ex tribus. Seruitus, quæ tibi debetur à domo vici-
na, non impedit dominum altius domus
ædificare ſupra parietem communem. h. d.

LEX XXV.

In re communi. In re communi non poteſt quis ali-
quid facere, vel prohibere iure ſerui
tutis, ſed ei per communi diuidundo iudicium ſuccurritur.

LEX XXVI.

1 *Seruitus per vnum ex ſociis acquiritur tempore & non pacto, & quare.*
2 *Immiſſum in re communi etiam à ſocio, poſſum propria authoritate tollere, & deſtruere, ſicut immiſſum in re propria.*

Sed ſi inter. Pro eo, qđ fit ex ædibus ꝓpriis in cõe, vel ecõ
uerſo, põt agi negatoria. h. d. ¶ Not. ex eo, qđ
dicit rem perdere, innuit ꝙ ſeruitus põt acqri tpe, & ſic amittiť &
a acquiriť pro parte. ¶ Opp. de l. pro parte. s̃. tit. 1. Dicit gl. fateor, a ꝙ
p̃t acqri tpe per vnũ, nõ ãt ꝑ pactũ, vt in ꝯrio. tene mẽti. Iſta ſol. eſt
bona probať in ſimili. C. de ſer. fugi. l. 1. & ibi per Doct. in 3. opp. Fa
b cit qđ not. j̃. de diuer. & temp. præſcri. l. longè. Sed ꝯ iſtã oppo. b j̃.
quemad. ſer. amit. l. nam ſatis. Sol. ibi loquiť de ſeruitute amitten-
1 da, hic de acqrenda. Sed tũc q̃ro, † q̃ eſt rõ quare per vnũ p̃t acqri
tpe, & non pacto? Et dñt qdã, ꝙ tpe non acqriť ꝑſona, ſed lege. Gl.
dicit, ꝙ hęc rõ non vr̃ bona, qa ẽt tpe non q̃riť ſine facto ꝑſcriben
tis, vel vtentis, ſeu poſſidẽtis. l. ſi ædes. §. libertas. j̃. eo. Vñ glo. dicit
aliam rõnẽ eẽ, qa. ſ. hoc eſt ꝑꝑ publicam vtilitatẽ, vt j̃. de vſuca. l. j.
vel potes ſuſtinere primam rõnem. ſ. qñ tpe q̃riť, lex eſt cã imme-
diata acquiſitionis, licet cũ facto hominis: ſed qñ ꝑ pactum, tunc
totũ econuerſo, qa hõ eſt cã ĩmediata cũ authoritate legis, vt de-
claraui in l. legitima. s̃. de pac. Alij timore eorum ꝯriorum legunt
c alio mõ, c vt illud qđ dr̃, rẽ ꝑdere, intelligitur. i. deſtruere propria
2 authoritate. l. quemadmodum. §. j. j̃. ad l. Aq. ¶ † No. iſtam lec. d ꝙ
d ſicut illud, qđ immittitur in re mea, à me poſſeſſa, poſſum tollere,
& deſtruere ꝓpria authoritate, ita illud quod immittitur in re cõi,
licet à ſocio, & hic in ſecundo caſu legis, vide iſtã gl. & no. ¶ Op.
de l. ſed & loci. §. ſi communem. j̃. fini. reg. Sol. dic vt ibi.

ADDITIONES.

a Clau. ¶ Fateor. Iſtam tenet gl. ĩ l. vt pomum. in gl. fin. s̃. de ſeruitu. ti. generali.
& Pau. de Ca. in l. pro parte. s̃. tit. j.
b ¶ Contra iſtam opp. Vide per Cy. in l. 1. in 3. opp. C. de ſer.
c Alio modo. Vide quæ dixi poſt Bar. in l. 1. j̃. arbo. fur. cæſa.
d ¶ No. iſtã lec. Vide Bar. in l. 1. §. nunciatio. de ope. no. nunc. vbi reſtringit id,
quod ipſe hic dicit.

§. Si in area. Inuito ſocio non p̃t qs ædificare ĩ re cõi, li-
cet ſibi permittatur à dño ꝑdij ſeruientis. h. d

LEX XXVII.

1 *Seruitutes perpetuę, quæ ſunt, quæ continuæ, & quæ diſcontinuę.*

Foramen. Seruitus, quæ ñ hẽt cãm ꝯtinuã, nõ p̃t acquiri
tpe, & cãm ꝯtinuã ñ hẽt oĩs ſeruit⁹, ad cuius v-
ſum factum hoĩs requiritur, & damnum qđ ex ſeruitute nõ iure
debita ꝯtingit, venit actionem dãni infecti. h. d. Diuide. Primò po
nit dictũ. Scđò illud ĩitat. Tertiò illud ꝓbat ꝑ rationẽ. Quartò po-
nit tres illationes. Scđa ibi, hoc ita. Tertia ibi, neq;. n. Quarta ibi,
& ideo. Ad euidentiam dicas, quid eſt conclaue? dic vt l. quòd
conclaue. infra de dam. infe. & quid ſit triclinium? dic vt l.
1 ſi vt certo. §. ſi de meis. j̃. cõmo. ¶ No. ex hac l. † ꝙ ſeruitutũ q̃dam
a habent cãm perpetuã, a vt ſeruitus tigni ĩmittẽdi, qa tignũ ſp ſtat
ibi. idẽ in ſeruitute aquæductus, qa aqua ſp fluit. probať s̃. eo. l. ſer
uitutes. in prin. q̃dam eſt ſeruitus q̃ hẽt cãm quaſi ꝯtinuam, vt ſer
uitus ſtillicidij ĩmittendi, & fiſtulã recipiẽdi, q̃ recipiat aquã ex te
cto: licèt. n. nõ ſp fluãt, tñ aptæ ſunt ſp fluere. Quædã eſt ſeruitus
q̃ hẽt cãm diſcontinuã, vt illa, ad cuius vſum requiriť factũ hoĩs,
vt hic. ¶ Op. ꝙ in oĩ ſeruitute reqriť quaſi factũ hoĩs, non. n. p̃t po
ni ſtillicidiũ ſine hoĩs facto, neq; fiſtula q̃ recipiat aquã ex tecto.
Sol. intellige, ꝙ requiriť factũ hoĩs ad vſum ſeruitutis, non ad ip-
ſum primũ actũ ꝯſtituendi. ¶ Opp. dr̃ hic, ꝙ oẽs ſeruitutes debẽt
habere cãm perpetuã. Contrà, qa ſeruitus itineris nõ hẽt cãm ꝑ-
petuã. l. ſeruitutes. s̃. tit. 1. & tñ ſeruitus eſt. Sol. dicas hic oẽs ſerui
tutes dẽnt habere cãm perpetuã. ſ. vt poſſint quæri tpe. & hæc eſt
lect. clara. & poniť in prin. gl. & in gl. antiq. nõ erat. Alij legũt iſtũ
tex. alio mõ. ſ. illud ꝙ dicit, oẽs ſeruitutes debere hebere cãs per-
petuas, non eſt rõ ꝑcedẽtis, ſed eſt quoddã dictum per ſe, ex quo
ſequiť ſequens illatio de lacu & ſtagno, & tũc pro declaratione
ꝯrij debes ſcire, ꝙ ad hoc vt ſit ſeruitus, requiritur vt habeat cãm
ꝯtinuam, hoc eſt, ꝙ res, quę dẽt ſeruitutẽ, ꝯtinua ſit, nec extingua
tur tpe, & iõ ſeruitus itineris quantũ ad hoc, dr̃ habere cãm con-
tinuam, hoc eſt, quæ debeť rei, & à re quæ ꝯtinua eſt, licèt nõ hẽt
vſum ꝯtinuum, merito eſt ſeruitus: ſed qñ res non eſt cõtinua, vt
lacus, & ſtagnũ, quæ qñq; exſiccantur, tunc nõ põt ei ſeruitus im
poni, neq; tpe, neq; pacto. Ita loquiť hic, & iſta lect. vr̃ probari ꝑ
tex. in l. j. §. hoc interdictũ, de ciſterna. j̃. de fonte. qđ verum puto,
quia ſeruitus non p̃t imponi directò, ſed dr̃ ſeruitus vtiliter. Ita di
cit Roſ. in libellis ſuis ſuper interdicto de fonte. Et hoc vr̃ ſentire
iſta glo. quæ dicit, ꝙ licet ſeruitus deſinat ſtagno deſiccato: tñ eo
reaſſumente aquã, de æquitate conualeſcit. ¶ Oppo. de ſer. ruſti.
præd. l. via. §. j. Sol. ſtagno nõ p̃t imponi ſeruitus aquæductus, ſed
ſeruitus nauigij recipiendi ſic. Rõnem aſſignat gl. qa per nauigiũ
non minuiť aqua, ſed per aquæductũ ſic. Certè lex contraria loq-
tur in lacu, qui habet aquam perpetuã. Et hoc modo bene dicit
gl. ſi verò haberet aquam temporalem, non poſſet conſtitui ſer-
uitus nauigij directò, ſed vtiliter. quia licet verba deficiant, tamẽ
mens concordat, per d. l. 1. j̃. de fonte. ſecundum Odof. ibi.

ADDITIO.

a Cauſam perpetuam. vide Bart. in l. ij. C. de ſeruit. & in l. 1. ad fi. j̃. de aqua
plu. arcé. Inno. in c. de quarta. de præſcri. Bal. in d. l. ij. Sal. in l. j. in 4. opp. eo.
tit. & ibi Cyn. in 5. quæſt.

LEX XXIX.

a **Si quis ædes.** a Si aliquod prædium ſeruiens incipiat per-
tinere in ſolidum, ſeruitus extinguitur: ſe-
cus ſi pro parte. h. d. De parte vidiſtis in l. pro parte. s̃. titu. j.

ADDITIO.

a Pariſ. ¶ Si quis ędes. Vide circa hanc l. Cæp. cau. cv.

LEX XXX.

Si teſtamento. Domus deſtructa poteſt vſq; ad ſtatũ
priſtinum reſtaurari, non obſtante ſer
uitute, ne luminibus officiatur h. d.

LEX XXXI

1 *Mala fides non nocet, niſi aduerſus eum, aduerſus quem eſt.*

a **Si ædes meæ.** a Poteſt aduerſus vnum præſcribi libertas,
aduerſus alium non ex eadem ædificatio-
1 ne. h. d. ¶ No. ꝙ libertas poteſt præſcribi ſine titulo. ¶ † No. ꝙ ma-
la fides non nocet, niſi aduerſus eum, aduerſus quem eſt mala fi-
des. l. qui bona. in fin. de acqui. rer. do. & l. Fulcinius. §. quod ſi ad-
uerſus. j̃. quib. ex cau. in poſſ. eatur. ¶ Not. quòd ſi plura ſunt præ
dia dominantia, plures dicentur ſeruitutes.

ADDITIO.

a Si ædes meę. De huius legis intellectu, vide bar. in l. 1. C. de ſerui. & aqua.

1 *Libertatem præſcribere, eſt occidere ſeruitutem.*
Seruitus eſt aliquid reſpectu dominij dominantis.
Dominium per vſucapionem non occiditur, ſed per præſcriptionem ſic.

§. Libertas. Niſi prædia vrbana poſſideantur ꝯtinuè, eo-
a rum libertas non præſcribitur a hoc dicit. Iſtũ
§. intelligo in præſcriptione libertatis à ſeruitute vrb. pręd. in qua
requiritur factum, & bona fides præſcribentis. l. hæc autem iura.
s̃. eo. merito ſi non poſſidet domum, non habet bonam, neq; ma
lam fidem, nec aliquid facit, ideo non præſcribitur. ita loquitur
hic. Sed in præſcribẽdo libertatem prædij ruſtici, putarem ſecus,
quia tunc perditur ſeruitus ex ſola negligentia non vtentis. l. ſe-
quitur. §. ſi viam. de vſuca. Videbitis in l. penul. quemad. ſer. amit.
1 ¶ † Quæro, quid eſt ꝑſcribere libertatem? Dicit glo. nihil aliud, q̃
occidere ſeruitutem, ſicut pręſcribere dñium, eſt occidere domi
nium alterius. Vide gl. ſed cũ ſeruitus ſit quædam priuatio, & ſic
eſt ni-

ADDITIO.

a Libertas non præſcribitur. De præſcriptione libertatis, vide bart. in l. 1. C.
de ſer. & ibi Doct.

est nihil, quo pôt occidi? l. qđ attinet. ĵ. de reg. iur. Respõ. seruitus respectu dominij dominantis, est aliquid. s. ius ipsius dñij, dixi s̄. c. l. 1. probat in l. arbor. in fi. ĵ. comm. di. & ideo q occidit illud ius, a præscribit libertatē, & qđ hic loquit, non dr ꝙ occidit seruitus, prout respicit prædiū seruiēs, qđ est mera priuatio, sed prout re-
2 spicit ius prædij dominātis. In eo verò, † qđ dicit de pscriptione, ꝙ occidit dñium alterius, non est verū in vsucapione triennij: nā dñium non est nisi vnū. l. si vt certo. §. si duobus vehiculū. ĵ. commo. Vñ dñium per vsucapionē non occiditur, sed de vno ad aliū transfertur. l. vsucapi o. de vsuc. sed in præscriptione longi tpis, ꝑ q̄ non quæritur directum dñium, fm glo. nras, sed vtile, occidit istud dictum procedit: nam illud vtile occidit, hoc est extinguit effectum illius directi dominij. C. de præscr. 30. anno. per totum.

ADDITIO.

a ¶Illud ius. Not. ꝙ dominium vtile acquisitum ex præscriptione occidit directum. adde gl. in l. 3. §. ex plurib. in ver. possideo. & ibi Ang. de acq. poss. & adde Bal. in l. procurator. cum concor. de procur.

LEX XXXII.

1 *Perpetua quæ dicantur, & quæ non.*

Eum debere. Nihil ī hoc seculo pôt esse perpetuū, nisi ꝑ subrogationē. h. d. ¶Opp. s̄. eod. l. seruitus. in princ. Sol. fateor ꝙ intelligit tm̄ de pñti lumine, sicut ibi de pñti lumine, tñ lumen non pôt esse perpetuū absq; aliqua subrogatione, coluna verò absq; subrogatione non pôt esse perpetua. Rō, qa lumen est videre cœlū, vt s̄. e. l. lumen. qđ fit p aerē, qđ est simplex elementū, neq; recipit corruptionē, seu extinctionē: sed colunæ ꝯpositæ ex rebus elemētatis, & oīa elementata corrumpuntur, ita loquit hic. Op. ĵ. loc. l. Martius. Sol. ibi in gl. Opp. s̄. de serui. l. quoties. §. fi. Sol. ibi speciale est in seruitute oneris ferēdi, ꝙ seruiens debeat ædificare, qđ videbitis in l. & si fortè. §. 1. & 2. ĵ. si ser. ven. ¶Oppo. s̄. e. l. si arborē. in fi. Sol. hic non est oratio am-
1 bigua, ibi sic. ¶† Opp. ꝙ imò multa pñt esse perpetua, vt Instit. de perpe. & temp. act. & s̄. eo. l. foramen. versi. oēs. Rñ. quædam sunt opera naturalia ꝯposita ex simplici elemento, vt pdia ex terra, & fons ex aqua perpetua, & ista pñt esse perpetua. ĵ. de fon. l. 1. & de flu. l. 1. & de riuis. l. 1. & d. l. foramen. §. oēs. s̄. eo. quædā sunt artificialia. & ista aut ꝯponuntur ex rebus elemētatis, & non possunt esse ꝑpetua vt hic: aut non ꝯponuntur ex his, vt actiones, & obligationes, quæ sunt simplices imaginationes, & istæ pñt esse ꝑpetuę ad nutū principis. Ita loquitur tit. de perpe. & temp. act. ¶Vltimo not. gl. quę facit ad differentiā inter æternum, & sempiternū.

LEX XXXIII.

a §. Et qui duas. Rei suę nemo pt quis seruitutē imponere, nisi actu, quo alteri tradidit. a h. d. cū l. seq. ¶Opp. & vr ꝙ in tradōne non possit istud pactum apponi, qm̄ in ipso instanti quo tradit, adhuc est tradentis. Glo. respon. ꝙ per multā proximitatē quam hēt cum tpe, quo erit alterius, valet istud pactum. & pp hoc puto ꝙ hæc lex debet intelligi qñ fuit facta traditio ex magno interuallo, vel videtur ipsum pactum in traditione ipsa repetitum, vt l. item quia. in fi. s̄. de pact. & ibi dixi.

ADDITIO.

a Pari. ¶Alteri tradidit. Vide Ias. in l. quis. §. cū inter. in scdo no. ĵ. de cōd. ind.

LEX XXXV.

Binas. Si ædes legantur, vel venduntur, vr actū, vt ꝯtignationes vti stāt, ita stent. h. d. ¶Opp. s̄. de rei ven. l. Pompo. scribit, si ex æqs. vbi res mobilis non pôt esse cōis pro diuiso. Sol. gl. inuoluit se veritas est, ꝙ tignū donec cohæret domui, non cēsetur res mobilis, sed immobilis: & iō pt esse cōis pro indiuiso. l. cuiusq; pro regione sua, sed si fuerit exēptū à domo, esset cōis pro diuiso. l. arbor, in fi. ĵ. commu. di. & not. ex l. idem. ꝙ quicqd dicatur de itinere, ꝙ non vr ꝯcedi: tñ ista seruitus, tigna vti stāt, ita stent, vr ꝯcedi, vt hic, in vēditione, & legato dixi in l. 1. de ser. leg.

LEX XXXVII.

Si ædes. Ædificia, quæ inuicem non videntur, non pñt inuicem seruire. h. d. Puto ꝙ hæc lex dēat intelligi qñ distantia loci, vel modus impediat commoditatē vnius prędij venire ad aliud: aliàs secus. l. seruitutes. §. publico. & l. fi. s̄. ti. 1. & ideo si aqua duceretur per circuitum vnius montis, non video quare mons medius impediat seruitutem aquæductus, sicut vides exēplum in aquæductu Perusino, qui transit per duos montes.

LEX XXXIX.

Eos qui. In pariete communi non potest quis fenestras facere, nisi sibi fuerit concessum. h. d. quod not.

LEX XL.

Olympico. Si res legatur ad vitam, in dubio non vr imposita ei seruitus, licet duret facultas eundi. ¶Oppo. ꝙ legata domo videantur relicti horti domui cōiuncti. l. prædiis. §. pen. ĵ. de leg. 3. Solu. intellige hic, ꝙ testator expressè fat ꝙ hortus non veniret, vel separatim emerat. ¶Oppo. & vr ꝙ seruitus videat imposita, vt ĵ. si ser. vendi. l. testatrix. Sol. ideo hic non videt seruitus imposita, sed facultas eundi: quia prædia non erant relicta perpetuò: al's haberet locum quod dixi s̄. eo. l. binas.

§. Lucius. Potest quis aperire ianuam versus viam, quatenus se extendit stillicidij vigor. h. d.

De seruitu. rusti. prædio. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Confessoria quando agitur contra tertium possessorem fundi seruientis, patientia venit officio iudicis.*

a Seruitutes. a Iurisconsultus noīat hic seruitutes rust. prædi. inter quas gl. dicit ꝙ sunt quædam seruitutes nominatæ, quædam innominatæ. Primò ponit nominatas. Secundò innominatas. Secunda ibi, in prædiis. & hoc facit vsque ad l. item. §. q habet. ĵ. e. in ver. traditio. ¶Op. ꝙ quis cogatur ad tradēdū, & patienđū iure actiōis, ñ officio iudicis. l. quoties. s̄. ti. 2. ꝙ apparet, quia tradendo non liberatur quis, sed adhuc remanet obligatus parti, no. in l. corruptionem, de vsufr. C. & s̄. ti. 1. l. inter seruitutes. in fi. Sol. duob. modis potest intelligi: vno modo qñ agit ꝯ ipsum, q seruitutem vendidit. vel promisit, & tunc fateor, ꝙ ad hoc agitur iure actionis, & officium iudicis erit super hoc ꝙ faciat eum cauere de obseruando hoc. l. harum. & l. egi. si ser. ven.
1 Scđo modo potest intelligi † quando agitur confessoria ꝯ tertiū possessorem pdij seruientis, tunc quia ille nunquam fuit obligatus, patientia non venit iure obligationis, sed sicut in rei vendicatione, per officium iudicis quis cogitur restituere. l. qui restituere. & l. officium. de rei ven. ita hic per officium iudicis quis cogit pati, quia illud haberetur pro restitutione. l. quoties. s̄. ti. 2. h. d.

ADDITIO.

a ¶Seruitutes. Et dum iste tex. facit mentionem de seruitute calcis coquēdæ, & arenæ fodiendæ, de eius practica, & intellectu differēte ab aliis, vide bar. in l. si prius. in 3. opp. j. par. de ope. no. nun.

LEX II.

Rusticorum. Circa istā l. dic vt l. Lucio. ĵ. de aqua quotid. & æsti. & ibi vide.

LEX III.

1 *Haustu aquæ concesso, & iter tacitè sequitur, non est seruitus, sed accessio.*

Item sic possunt.

a §. Qui habet. Cui conceditur aliquid, videtur cōcedi a id, sine quo illud esse non potest, & si non
1 valet expressum non valet tacitū h. d. ¶Not. summariū. † Quæro circa hunc §. qñ ꝯcedit haustus, & sequit iter tacitè, vtrum iter sit seruitus? Gl. dt ꝙ nō, sed est q̄dā accessio. Vide gl. Ex hoc apparet solu. ꝯrij signati in seq. gl. q̄ opponit de l. si fideiussor. de leg. j. & l. j. §. j. quib. mod. pig. vel hyp. sol. & de hære. instit. l. qui filio, & not. sol. gl. Nam ibi vitiato expresso non vitiatur tacitū, qđ est æquè principale cum expresso. hic verò vitiatur tacitum, quod est accessio expressi. ¶Glo. quærit, quid si per decem annos iuit per aliam viam, siue per alia loca? Dic vt in glo.

ADDITIO.

a ¶Videtur concedi. Not. ꝙ concesso antecedenti, videtur concessum accessorium. De quo vide plenè per bal. in l. quamuis. C. de fideic.

LEX IIII.

a Pecoris. a Seruitus pecoris pascendi, & ad aquā appellendi est pdialis: & pt finiri cum ꝑsona, si hoc est actum h. d. ¶Quæro quare hæc seruitus non trāseat ad hæredē? dic vt in gl. Sed q̄ro vtrum in istis casibus, in quib. ad hr̄dē nō transit, dicatur seruitus realis. Breuiter, si non habet ibi prædium dominans, tunc non est seruitus realis, sed ꝑsonalis obligatio. s̄. tit. 2. l. vt pomum. Si aūt iste cui ꝓmisit, habet pdiū dominās, tūc est reale siue quoddā ius qđ extinguitur cū ꝑsona ope exceptionis, nō ipso iure. l. 4. s̄. ti. 2. Dixi in l. Mela. §. fi. de ali. & ciba. lega.

ADDITIO.

a Alex. Pecoris. Vide Bal. in l. 1. §. libertatib. cū versi. seq. in fi. de cad. toll. Paris. Qđ autem nō possit cōstitui aliqua seruitus personalis, excepto vsufructu, vsu, & habitatione, vide Comen. consi. 158. in 4. dub. & ibi etiā, quod nō potest acquiri præscriptio talis seruitutis. vide etiam an dicatur seruitus, quādo non est prædium dominans, sed permittitur personæ. vide bar. in l. Mela. §. fi. ĵ. de ali. & cib. leg. vbi & addidi.

LEX V.

Ergo.

§. Neratius. Seruitus realis nō potest imponi, nisi quatenus exigit vtilitas prædij dominantis. hoc dicit cum l. seq.

LEX VII.

a
1 Qui sella. a Istam l. allegaui semel. ad q. † in castro Plebis erat statutum, ꝙ quicūq; in die fori habuerit coria in platea, soluat tm̄ ꝓ gabella: mō q̄dā tenebat coria sup quodam

ADDITIO.

a Pom. Qui sella. Vide Bar. in suo cōs. inc. stat. castri Plebis. vbi ita cōsuluit, & alleg. ista l. qui sella. §. qui actum. & consi. 159. vide bar. cōs. 150. & de intellectu huius legis vide Are. consi. 30. inc. viso themate, & consultatione. Claus.

a dã bãcho,ᵃdicebat ille se ñ dr̃e soluer̃,gabellã,qa ñ tenebat ea in
platea.Dicebã oppsitũ.s.ꝙ dẽat soluere gabellã,per hanc legem.

ADDITIO.

a Quodam bãcho.An qui super banchum tenet,dicatur tenere in platea. Sed
quid si tenet in palatio,vide Cy.in l.1.C.de inter.& inc.con.bar.de quo hic
statuto castri Plebis.

a §.In rusticis. Mediũ p̃diũ ĩpedit a seruitutẽ rusticã. h. d.I-
stã.l.ĩtelligo,qñ mediũ p̃diũ impedit cõmo
ditatẽ ex vno fundo puenir̃ ad aliũ.Quid.n.si ñ ĩpediret,puta,in-
ter p̃diũ meũ,& tuũ ẽ illud mediũ:tñ p viã publicã possum, veni-
re ad tuũ ad hauriẽdũ aquã,pascẽdũ animalia,& sĩlia.Certè cre-
do,ꝙ seruitus possit imponi,vt s̃.ti.2.l.vlt.j̃.co.l.fi.&c.

ADDITIO.

a Impedit.Quando locus medius impediat seruitutem imponi,adde l.non so
lum.in prin.& ibi bar.de ope.no.nun.& in l.in tradendis.§.1.j̃.com:prædi.&
in l.si prius.§.fi.de aqua plu.arc.

LEX XI.

1 *Contrauenire facto proprio licet non valido de iure,quando quis possit.*
2 *Inualidum à principio tractu temporis confirmatur alio interueniente.*
3 *Facta retro, an trahantur a d præsens.*
4 *Argumentum de toto ad partem non valet in indiuiduis.*
5 *Iudicio maioris partis quando stetur,remissiue.*

a Per fundum. ᵃIn his,q̃ sunt cõia plurib.vt singulis, re
quirit̃ cõsensus oĩum,q põt separatĩ ad-
hiberi.h.d.vel sic.Qñcũq; reqrit̃ ꝯsẽsus pluriũ,vt singulorũ, põt
separatĩ adhiberi.Itẽ licet vnius ꝯcessio ñ trãsferat ius reale ĩ ꝯce
dẽtẽ,tñ obligat psonaliter.h.d.¶Op.& vr̃ ꝙ sufficiat ꝯsensus ma-
ioris partis.l.ꝙ maior.j̃.ad mun.& l.plane.s̃.ꝙ cuiusq; vniuer.So.
hic ĩ his,q̃ sũt cõia plurib.vt,singulis:ibi plurib.vt vniuersis.¶Op.
C.de decur.l.2.vbi reqrit̃ ꝯsensus pluriũ sil̃.So.eodẽ mõ ibi, qñ
p̃les ꝯsentiũt,vt vniuersi,hic vt singuli.¶Cõtra dicta opp.s̃.d̃ pa.
l.& suũ hr̃dẽ.§.fi.vbi ĩ his,q̃ cõia sũt plurib.vt singulis sufficit ꝯsẽ
sus partis maioris,& reqrit̃,ꝙ ꝯsensus adhibeat̃ ĩ vnũ.So.spãle ẽ
ibi,vt ibi dixi.Rõ qà ibi ꝯsensus maioris ptis p̃iudicat aliis,sicut ĩ
ꝯsensu vniuersitatis.¶Vltimò gl. collegit ex l.ista multa notabi-
1 lia.Priò † ꝙ qs ꝯ fcm̃ suũ venire ñ p̃t,licet de iure ñ sit validũ. ꝯ.
C.d̃ agr.& cẽsi.l.queadmodũ.li.11.Gl.remittit ad no.ĩ l.post mor
tẽ.s̃.de adop.tu dicas quãtũ ad p̃ntẽ l.qđ hæc ꝯcessio nõ ẽ valida
quo ad ius reale,qa nõ est seruitꝰ ꝯstituta:sed quo ad ius psonale
valida est,qa ille,q ꝯcessit obligatus est,& iõ nõ põt venire ꝯ, &
iõ Inn.in sĩl̃i ex̃.de don.c.inter dilectos.circa prĩ.dicit,ꝙ offim̃ iu-
di.erit sup isto casu pnũciare,istis,q hoc promiserũt,nõ cõpete-
b re ius prohibẽdi.¶Scđo no.ᵇgl.ꝙ † illud,ꝙ ab initio nõ valet,tra
2 ctu tpis ꝯfirmatur.In ꝯriũ alle.j̃.de reg.iu.l.ꝙ in initio.& insti.de
inut.sti.§.j.So.ꝙ solus tractus tpis nõ confirmat̃,sed alio interue
3 niente sic.idẽ no.Dy.in c.non firmat̃.extra,de reg.iu.lib.6.†Ter-
tiò no.gl.quod retro facta trahuntur ad præsens.In ꝯrium alle.
C.ad Mac.l.fi.de do.inter vir.& vxo.l.dona.So.illud, ꝙ fit hodie,
trahitur retro,vt fit in ratihabitione solũmõ p fictionem, q̃ ha-
bet locum,vbi æquitas suaderet.æquum est autem,ꝙ meo nomi
ne est gestum,si ratum habeo,trahatur retro, qm̃ ab initio est fa-
ctum mei contemplatione, q̃ æquitas hic cessat: licet enim vnus
ex sociis concessit seruitutẽ suo noĩe,& ego ꝯcedo hodie nõ est
4 æquitas quare fingatur,qđ ego retro cõcesserim.¶†Quartò no.
gl.qđ hic nõ est idẽ iuris de toto ad ptẽ.arg.ꝯ.de admi.tu.l.si duo.
de vsur.l.q scit.in prin.gl.nõ so.Dic br̃ ĩ indiuiduis nõ pcedit ar.
de toto ad partẽ,qm̃ in partes diuidi nõ põt.l.p pte.s̃.ti.2.ita loq-
tur hic.In his verò,q̃ sunt diuidua,bñ procedit, vt quod iuris est
de toto quo ad totũ,idẽ de parte quo ad partẽ.l.quæ de tota. de
rei vend.& d.l.qui scit.in prin.nõ aũt procederet hic arg.quod iu
ris est de toto quo ad totũ,idẽ de parte quo ad totũ, vt est tex. in
5 l.an pars.j̃.p derelicto.¶†Vltimò gl.no.tua dicit,ꝙ nõ statur iu-
dicio maioris partis,hoc examinaui.s̃.in contrariis.

ADDITIONES.

a Pom.Per fundum.Extende vt per bar.in l.2.§.ex his.in fi.de ver.ob.& limita,
vt per bal.c.cum omnes.de consti.
b Secundo no.Adde Bal.in l.j.C.si ser.exte.

LEX XIII.

1 *Fructuũ vineæ quartam partem qui dare promisit,dat etiam quartam partẽ arborum in ea existentium.*

Certo generi. Appellatio vineæ ĩ dubio refert̃ ad solũ
non ad superficiem.h.d.Quæro qũo hic
dicitur agi ꝯrium.s.quod appellatio vineæ referat̃ ad vites, seù ad
1 superficiem tm̃?dicit gl.duob.mod.Dic vt ĩ gl.¶†Vlt.gl.inducit
a ĩ arg.ad q.de rustico, ᵃ q promisit dare dño quartã partẽ fructuũ
vineæ,an dẽat dare de fructib.arborũ,quas ibi plãtauit? Gl.arguit
pro,& ꝯ,& non determinat.Certe puto in dubio debere intelligi
fructuum vineæ,hoc est illius terræ vineatæ,hoc est , vt debean-
b tur fructus arborũ,p istã l.Cõtra prædicta ᵇ facit l.si quis legaue-
rit.j̃.de le.j.Rñ.ibi testator excipit vineas,nõ facta certa demon-
stratione certi loci:vñ cum nõ reperiantur vineæ,nõ valet exce-
ptio, hic verò est certũ de quo solo senserit appl'one vinearum.

ADDITIONES.

a De rustico.Et ista.q.posset ẽt decidi per id,qđ no.in l.dãni.§.si is q j̃. de dã.
infe.vbi q̃rit̃ an pmissa,& cõcessa trahant̃ ad futura.Et ista gl.bene facit ad
q.de qua p Bal.in l.diuortio.§.si fund.sol. mat.vbi dicit ꝙ à toto vniuersali,
põt excipi aliquid particulare ꝙ veniebat de natura agẽtis,& cõtractus.Et
sic fm̃ eũ facit,ꝙ qs possit dare fundũ emphyteuticũ,reseruato sibi vsufru-
ctu arborũ,facit,ꝙ no.in l.dãni.& in l.obligationũ fere.§.placet. de action.
& obl.& hoc dicebat Bal.per tex.in d.l.si fundus.ibi,nisi contrariã volunta
tẽ.Sed quid econtra si agatur ,ꝙ arbores sint emphyteuticæ,vide Bal. in l.j.
ad fi.C.de iu.emph.& ad hoc no.p.gl.& Doc.in l.si fundũ sub cõditione.§.q
fundũ.de leg.j.& oĩno Bal.in l.j.in fi.C.de iu.emph.Pet.in d.l.si qs legauerit
de leg.j.in q.hic formata per gl.dicit idem,quod Bar.hic,per istũ tex, & ibi
ẽt dicit,ꝙ appellatione syluæ venit solũ,& appellatione vitis venit solum,
donec vitis ibi est,qa alias non dicitur sed eradicata vite non debetur so-
lum,secũdũ eũ ibi,& in l.si fundũ.§.qui fundum.co.ti.& ad hoc no.Io. And.
in Spe.de emp.& ven.§.j.post prin.in addi.in c.vbi adde Alex.cons.26.li.4.
b ¶Contra prædicta.Pet.de bel. Pet.in d.l.si quis legauerit.dicit ꝙ apellatio-
ne vineæ venit solum,si tempore,in quo confertur dispositio, est ibi vinea.
d.l.si quis legauerit,& ibi Pau.de Ca.licet de Pe.mentionem non faciat.bar
ibi respondet,sed non clare.

a §.Si totus. ᵃ†Seruitus respicit totum fundamentum ante-
quám certus vsus certo loco limitetur , quæ li-
mitatio fiet p iudicem fm̃ l.nisi alr̃ actum sit:h.d.vsq; ad fi.l.

ADDITIO.

a Clau.¶Totus.Ad huius §.intellectum vide omnino Ro.in l.stipulationes nõ
diuiduntur.j̃.de verb.obl.

LEX XIIII.

Per quem locum. Si vni cõceditur seruitus vna, nõ
potest alij concedi alia,per quam
seruitus primi impediatur.h.d.

LEX XV.

Quintus.Mutius. Qui habet ius aquæductus, po-
test facere in riuo quicquid vult,
si domino prædij non noceat.

LEX XVI.

1 *Aues captæ in fundo a prohibito ingredi fundum,efficiuntur capientis.*

1 Diuus Pius. ᵃQuærit gl.quid si post prohibitionẽ † in-
a gressus ceperit aues? gl.tenet quòd efficiũ
tur capientis idem tenet in l.3.de acq.rer.do. Cõtra tenet Instit.
de re.di.§.fere.Dy.& omnes tenent istam gl.Solus.n.ingressus est
prohibitus,non capere.Alia autem,gl.clara est.

ADDITIO

a Paris.¶Diuus Pius.Ad hanc l.vide Iac.de Rauẽ.An.& Imo.in l.3.§.Nerua.de
acq.pos.& bar.in l.1.de acq.re.do.Circa istã reg.huius tex. an liceat intra-
re fundum alterius,maximè domino inuito,vide multos casus,in quibus li
citum est per gl.& Fel.ibi post Abb.in c.omnes.j.dist.

LEX XVII.

Imperatores. Aqua ex flumine publico ad rigandos a-
gros fm̃ mensuram diuiditur , nisi alicui
aliter sit concessum.h.d.Vides quod aqua ex flumine publico nõ
potest duci cum iniuria alterius quod facit ad q.de molendinis.
De quo dic vt dixi in l.quominus.de flum.

LEX XVIII.

a Vna est via. Si per plures fundos itur ad vnum, seruitus
vna est,& p vsum ĩ parte retinetur seruitus
tota.h.d.Opp.& vr̃ ꝙ sint plures seruitutes.l.si ædes.s̃.ti.j.Sol. ibi
erant plura prædia dominantia,ideo ibi plures debentur seruitu-
tes:hic plura prædia seruientia,& vnum dominans.De hoc dice-
tur in l.nam satis.j̃.quib.mod.ser.amit.

ADDITIO.

a Pom.¶Vna est via.Vide quid per istum tex.dicit Ro.cons.198.

LEX XIX.

1 *Iurisdictionem si habens in castro longo tempore,processit per viam accusationis non perdit ius inquirendi.*

Si vnus. Seruitus nõ põt acquiri p parte, sed p plures p̃t ac-
quiri,& p vnũ pueniri ad plures.h.d.Lex,vna est via
1 quæ præcedit,facit † ad quæst.Aliquis habet iurisdõnem in vno
castro longo tpe,ipse pcessit super accusationib.& nũq̃ proces-
sit per inquisitionem,nunquid perdidit ius ĩqrẽdi?& hæc lex vna
est,arg.quòd nõ perdat.vna.n.est lex,qua maleficiũ punit̃,licet di
uersis modis ad hoc perueniatur.& iõ si vtor vno, retineo totũ.
Vel dicas,vna ẽ iurisdõ,quæ diuersis modis retinetur.

LEX XX.

Si mihi. Qui habet duo iura remittendo vnum, non vide-
tur remittere aliud.h.d.

§.Seruitus Pro læsione ex seruitute naturaliter contin-
gente non tenetur dominus.h.d.

§.Si fundo. Licet fundũ mediũ redimã, nõ extinguitur
seruitus,quæ a tertio fundo debetur.h.d.

LEX XXI.

Si mihi. Licet totus fundus debeat seruitutem,tamẽ debet
quis vt i per eam partem,quæ minus lædit.h.d.

LEX XXIII.

Via constitui.

§. Si lacus. Per lacum perpetuũ põt cõstitui seruitus nauigãdi.h.d. De hoc dic vt in l. foramẽ.s̃.tit.j.

a §. Si fundus. [a]Si fundus publicetur, non extinguitur seruitus.h.d.

ADDITIO.

a ¶Si fundus, Adde l.3.& quod ibi bal.C.de ser.in prin.

1 *Diuisione facta non debetur aditus per partem alterius: sicut primo ante diuisionem ibatur, nisi specialiter sit conuentum.*

§. Quæcũque. Ius seruitutis totũ est in toto, & totum est in qualibet parte totius, nisi vsus eius aliquid impediat.h.d. ¶No. quòd dixi in summario. ¶†No. q̃ [a] facta diuisione, non vr̃ actum, [b] vt quis habeat aditum per partem alterius, sicut primo añ diuisionem ibatur: nisi spãl'r sit ꝯuẽtũ, qd' no. & tene mẽti. Idẽ ĩ vẽdõne, vel alia ꝯcessione inter viuos, l. in vẽdẽdo.j̃.de ꝯh.em.sec⁹ ĩ ꝯcessiõe ĩ ult.volũ.dixi ĩ l. binas.s̃.tit.j.

ADDITIONES.

a Pom. ¶No. quod, Vide per Ias.l.seruum filij, §.fi.de leg.1.

b Non vr̃ actum. No. q̃ facta diuisione non vr̃ actũ q̃ quis habeat aditum per partem alterius. adde quod no. Bar.in l.quod conclaue. prope fi.de dã.infe. & in l.j.de ser.leg. Vide Ias.in l.seruum filij.§.fi.in vl.no.de leg.1.

LEX XXIIII.

Ex meo. Nõ põt quis concedere aquam ex suo aquæ ductu, quam habet ex fundo alieno.h.d.

LEX XXV.

1 *Accedere duobus quando vna res non potest, accedit pretiosiori.*

2 *Reali in iure non inspicitur vsus patrisfami.*

3 *Diuisio aquæ fit secundum quãtitatẽ partis agri, non secundum qualitatem.*

4 *Seruitus aquæductus est indiuidua, vsus eius diuiduus.*

Si partem. Diuisio aquæ fit ad mẽsurã p̃dij dominãtis, nõ inspecta partiũ bonitate, vel necessitate.h.d. Op dr̃ hic nõ dẽre inspici necessitatẽ agri. Cõtra s̃.eo.l.ergo.§.j. So. intelligo hanc l. sic, q̃ cuilibet parti tota illa aqua, q̃ eã ꝯtingebat ex diuisione, erat vtilis: tñ vna ps indiguisset pluri aqua. Sed si tu poneres, q̃ vna pars esset, cui aqua non eẽt vtilis, neq; necessaria, nõ video q̃uõ ei dẽri possit, p d.l.ergo.§.j. sed qñ vtriq; parti est vtilis, licet vni magis, q̃ alij, in diuisiõe nõ ĩspicitur illa necessitas. Rõ, qa illud ius est totũ in toto, & totũ in qualibet parte, vt s̃.eo. l. via.§.fin. & iõ diuisio dẽt fieri p mensurã. ita loquit̃ hic. Intro gl. & op. q̃ dẽt inspici bonitas rei, vt j̃.de acq.rer.do.l.quicqd. Solu.

1 qñ vna res nõ põt † accedere duobus, accederet p̃tiosiori, vt ibi sed hic põt acceder̃ duob. iõ p̃tiositas ñ ĩspicit̃. ¶Op. q̃ dẽat ĩspici vsus patrisf.l.ex vsu.j̃.de vino tri.& ole.leg.& de fun.instr.l.Seiæ.

